DE FELICI EXCESSU PHILIPPI 2. AUSTRIACI HISPANIARUM REGIS LIBRI 3. SIUE DE…

Antonio Cervera de la Torre, Franciscus Guillimannus, …

Digitized by Google

7
7-E
13

6
20 D
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-7.E.13

80.3.H.
80
E
22
80 E 18

DE FELICI EXCESSV

PHILIPPI II. AVSTRIACI HISPANIARVM REGIS

LIBRI III.

Siue de rebus memorabilibus quæ in eius morte acciderunt, teſtimonium Authenticum.

Scripſit Hiſpanice juſſu Reverendiſs. Archiep. Toletani.

CERVERA, TVRRIANVS. CAPELL. REG. ORD. CALAT.

Vertit Latine mandato

REVERENDISS. ET SERENISSIMI ARCHIDVCIS MAXIMILIANI

Theutonici ordinis Principis,

FRANCISCVS GVILLIMANNVS.

TIMENTI DEVM BENE

ERIT IN EXTREMIS ET IN DIE



DEFVNCTIONIS SVAE

BENEDICETVR. Eccles. cap. I.

Cum Sac. Cæſ. Maieſtatis Privilegio perpetuo.

FRIBVRGI BRISGOIAE,

Apud Ioſephum Langium. 1609.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO
MAXIMILIANO III.
AVSTRIAE ARCHIDVCI, DVCI BVRG. THEVTONICI ORDINIS
PRINCIPI.

ACCIPE, REVERENDISS. ET SERENISSIME DOMINE, *felicem exceſſum* PHILIPPI II. *Hiſpaniarum regis latinis literis conſignatum, tuo iuſſu. Vtriuſq; & Pietatis tuæ, & Benignitatis illuſtre teſtimonium. Pietatis in patruũ, cuius gloria, & memoria quacumq; patet Romani nominis fama, tua opera, quam latiſſime celebratur Benignitatis in orbem univerſum, qui tibi non poterit non acceptos referre eos omnes documentorum fructus, quos ex tanto in vita, & in morte Principe exſpectare, atq; capere poteſt. Qui ſane ampliores ſunt quam quiſquam animo comprehendat. Quid enim in utraque fortuna magnum, & memorandum cuius ipſe exemplum non ſuppeditet? Sed profecto ut eius rerum, & geſtorum claritudo omnes orbis partes impleat, longe tamẽ illa antecedunt,*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

quibus extrema vitæ coronavit. Tanta enim, & admiranda fuerunt, ut ſeipſum denique multis partibus ſuperaviſſe omnium iudicio videatur. Ea pleraque omnia his libellis tradita ſunt haut incurioſe, quorum verſionem ſuſcepi lætus, volenſq;, non modo ut tuis mandatis obſecundarem; ſed uti occaſionem tuæ in me beneficentiæ, tandem aliquo ſaltem ſigno, palam conteſtandæ. Tot enim, & tantis beneficiis non ſolum auctum me, ſed exornatum quoq; eſſe voluiſti, ut nulla alia ratione illis reſpondere poſſe mihi iamdudum videar, quam publica eorum profeſſione. Quæ pluribus, & clarioribus eo teſtibus & monimentis deinceps propagabitur, ſi tua gratia, & benignitate porro fovere, atque animare perſeverabis. Quod te vehementer, etiam atq; etiam humiliме rogo.

TVÆ SERENITATIS,

Devotiſſimus.

Franciſcus Guillimannus.

COMMISSIO GARCIÆ ARchiepiſcopi Toletani, ut res notabiles quæ in exceſſu regis Philippi II. acciderunt, inquirantur, verificentur, & in acta referantur.

GArcias de Loayſa, divina miſeratione, Archiepiſcopus Toletanus Primas Hiſpaniarum, Cancellarius Major Caſtiliæ, & conſiliarius regis, &c. Quando juſtas ob cauſas, & reſpectus, verificari convenit ea omnia, quæ evenerunt in ultimo morbo, quo exceſſit, rex Catholicus Philippus II. hujus nominis dominus noſter glorioſæ memoriæ, quatenus tantæ conſiderationis ædificationis, & exempli extiterunt, ut ſperemus Deum pro re grata habiturum ſi intelligãtur, & cognoſcãtur, ſicuti & multas miſericordias quas illi divina majeſtas fecit, eo quod tam pius, relligioſus, & obediens eſſet erga ſedem Apoſtolicam, & felicẽ illũ deceſſũ, quem poſtremo eidẽ, mediantibus illis, cõceſſit, quæ omnia redundabunt in majorem Dei gloriã, & populorum ejus ædificationem. Nos confidentes in tua integritate, eruditione, & con-

ſcientia Licentiate Cervera de turre, capell. regis, ordinis Calatrauæ, & præſtaturum te recte. & fideliter ea, quæ tibi hac in parte eo cōmendabuntur, his prçſentibus tibi committimus, & facultatem, poteſtatemq; damus, noſtraſq; vices plenarie delegaverimus, quātum fas, & æquum poſtulat, ut verifices omnia ſupra dicta, eaſque perſonas examines, quæ maiori promtitudine, & veritate ea; quæ hac de re ſciunt, teſtificari poſſunt, examinando eas per interrogatorium, quod tibi daciturisſignatum ab infra ſcripto noſtro Secretario, dantes tibi poteſtatem ſufficientem ad illa omnia, & ſingula, cum facultate excommunicandi, quantum ad hanc verificationem pertinebit. Facta vero dicta informationes, nobis eam offeres authenticam, & in publica forma, ut, ea viſa, prdvideamus deinceps, quæ conveni re iudicabimus. Data Madritti viceſimo die menſis Septembris 1598.

G. Tolet.

Mandato ſuæ dominationis Reverendiſſimæ

Io. Carillo.

PHILIP-

PHILIPPO III. AVSTRIACO, HISPANIARVM ET INDIARVM REGI CATHOLICO

MERITISSIMO tibi, DOMINE, offertur Hiſtoria earum virtutū, quæ reſplenduerūt in morbo, & morte magni Regis PHILIPPI II. patris tui, quandoquidem nō minus iuris ad eius regna habuiſti, quā ad eius virtutes, & illorum non minus atq; iſtarum legitimus ſucceſſor, atq; hæres eſſe debes. De iſtis hunc conſcripſi librum, non mea ſponte, & voluntate, ſed cōmiſſione Garciæ de Loayſa Gironis Archiepiſcopi Toletani, Hiſpaniarū Primatis. Qui cū ſingulari attentione cōtemplatꝰ eſſet res notabiles, quæ ſucceſſerunt in hoc felici obitu Regis noſtri, voluit ut earum informatio fieret, in forma publica, & Juridica, ad perpetuam memoriā, quæ res proinde ſcripto mādatæ ſunt, ad verbū, prout teſtes ſub iuramēto eas declararūt, & depoſuerūt. Adiunxi ad maiorē ornatū, neq; extra propoſitum, moralitates aliquas, & gloſſas, omnibꝰ quidē utiles, ſed præcipue his regnis, q̄ cum vivus in iuſtitia rexerit, & conſervarit,

ſervarit, non ſine ratione mortuus contemnere mundū, et pati adverſitates, quoq; docebit quas ipſe tanta magnanimitate ſuperavit, exemplaque aliarum virtutum dabit, quorū memoria æterna erit. Neq; vero res nova eſt literis tradere mortes illuſtriores, & exemplares, regum, & principum, quandoquidem Spiritus S. præceptum, & doctrina eſt, Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. *Itemq; D. Pauli* Mementote Præpoſitorum veſtrorum, quorum intuentes exitum converſationis imitamini fidem. *Inter eas etiam revelationes quas D. Ioannes habuit, una fuit, ut ſcriberet*, Beati mortui qui in Domino moriuntur *Hoc divinarum literarum fundamento ad honorem, & gloriam Dei multi ſunt à multis conſcripti diverſorum obitus. D. Gregorius Pontif. ſcripſit Ernimigildi martyris, Hiſpaniæ Principis, filij Leovigildi regis Gothorum, Recaredi fratris. S. Ambroſius Imperatoris Valentiniani, & poſtea Imperatoris Theodoſii, & poſtremo fratris ſui Satyri. Eruditus Pater Joannes Mariana Recaredi regis Gothi Hiſp. Cardinalis Cremonenſis qui poſtea*

poſtea fuit Gregorius XIV. Pontif. & Panigarolla epiſcopus Aſtenſis, Caroli Cardinalis Borromæi, Archiepiſcopi Mediolanenſis. In capitulis generalibus Ordinis Prædicatorum referũtur in memoriam cuiuſque provinciæ relligioſi, qui extraordinario bono exẽplo in Domino finierunt. Cum igitur exceſſus regis noſtri omniũ iudicio, fuerit adeo excellens, & exemplaris, ut his libris ſufficienter probavimus, in cuius quoque rei confirmationem S. D. N. Clemens VIII in illo conſiſtorio, quod nono Octobris habuit, ſuper eius morte adſerere non dubitavit, neminem (exceptis illis, qui in cœlo beatitudine fruuntur ſempiterna in catalogum Sanctorum relati) ad illum cõparari poſſe, iuſtiſsima de cauſa, publicari eæ virtutes debẽt, quæ in eius morte inſigniores fuere, ut ab iis fructum capiant omnes, & exemplum. Hoc quoq; viſum eſt multis clara eruditione viris, qui hos libros viderunt, in ſpecie vero prædicto Archiepiſcopo Toletano. F. Diego de Yepes confeſſario regis, Garciæ de Onante, & Joanni Gomezio de Sanabria Doctoribus Medicis regiæ Camaræ; Stephano Garivæo chronographo regio, Doctori Baylio

)( )(*capel-*

capellano regio, & F. Diego de Auila ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis. Alij forte conſcribent iſta maiori eloquentia, & ſtilo ſublimiore; non tamē maiori veritate, quandoquidem fides publica, quam hic propono, ceteris omnibus, poſt ſacram Scripturam, & illa quæ nos credere voluit Eccleſia, eſt maior, & legibus convenientior, quam ego non excedo, neque me ultra ea, quæ teſtes huius informationis demonſtrarunt, extendo. Solum hoc praſto, quod aliquando pictores, qui picturæ capita primoribus digitis oſtendunt minus peritis: ita conſiderationes aliquot ego morales illis expono, qui in iis non ſunt perinde exercitati. Opus vero totum illi offero, & dono, cuius ipſum eſt, Tuæ ſcilicet Maieſtati, ut ſub tali protectione linguæ refrenentur, & malæ voluntates reprimantur. Mea certe fuit, Tuæ ſervire Maieſtati, quam Deus multos annos conſervet incolumem, & ea proſperet omnia, quibus manus admovebit. Valentiæ X. Martii An. 1599.

Licentiatus Cervera de Turre Capellanus Tuæ Maieſtatis, ordinis Calatrauæ.

AD LE-

AD LECTOREM.

INTENTIO, & finis principalis, quem ſibi propoſuit Deus, cum Tobiam viſu privaret, & Regē Iob tantis infirmitatibus, tentationibus, & laboribus adfligeret, illa potiſſimum fuit, ut ab iis ſumerent poſteri exempla Patientiæ *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ, ſicut & ſancti Iob.* Ad quæ verba notat Cæſarius, D. Gregorii Nazianzeni frater, quod exempla illa maxime lucent, & movent, quæ ſuppeditant perſonæ magnæ, illuſtres, & regiæ, quæque ſicut in candelabro lumen, cæteros ſua claritate, colluſtrant. Ob hanc cauſſam adflixit igitur Deus Thobiam, virum adeo inſignem, & Iobum, Regem terræ Hus in Arabia, ut nos illi ad ferendum, & patiendum animarent. Vnde & D. Petrus Chriſtum quoque pro nobis paſſum adſerit, ut nobis relinqueret exemplum, quod imitaremur. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens exemplum.* Et D. Paulus docet, divinam voluiſſe providentiam, & miſericordiam, ut exempla patientiæ caperemus, tamquam pluvia collapſa, ut ea ſequentes per illam curramus, *Nos tantum habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum per patientiam curramus.*

Tobias c.2. *Dialog 3.* *Ep.1.can. cap.2.* *Hebr.c.12.*

Mihi vero inter tantos viſum eſt proponere ad exemplū Patientiæ, Relligionis, & Prudentiæ Chriſtianæ regem, quo neque integriorem, neque juſtiorem, neque magis Chriſtianum multa retro ſecula cognovere. Cuius infirmitates graviſſimæ, eiuſdem ſummam patientiam manifeſtabunt, ut & alias virtutes, quas in hoc ultimo vitæ actu, tot, & tantis partibus auctas mundo demonſtravit. De quibus inſtitutū eſt ſcribere, & ſimul de morte magis ſancta, devota, & pia, quam de cuiuſquam alterius Principis multis ab annis compertum habeatur, ad gloriam Dei, honorem Regis, & horū

regnorum ædificationem. Quãdoquidem habuiſſe illa Dominum, & Monarcham tam Chriſtianum, tam pium, atque relligioſum haut quaquam parvi faciendum.

Notum igitur eſſe cupio, quo de fide, quæ huic libro debetur, magis conſtet, præter gloſſas, & moralitates, quas ad majorem ornatum adjungo, notoque aſteriſco, & charactere diverſo, nihil illis contineri, quod juramento nõ ſit confirmatum, per teſtes omni exceptione majores, miniſtros omnes regios, quique Regi ordinarie in ſua Camara ſervierunt, & ſemper præſto fuere. Quam ego verificationem cõfeci in forma publica, uon mea ſponte, ſed commiſſione, & auctoritate Archiepiſcopi Toletani, relataque eſt in acta publica per Rodericum Lopez Rocham Notarium publicum Apoſtolicum, & Regium, in audientia Archiepiſcopali Civitatis Madritti, ad honorem, & gloriam Dei, ad ſervitium, & obſequium Regiæ Majeſtatis, atque utilitatem totius Chriſtianitatis.

Perſonæ, quæ ad hanc informationem fuerunt examinatæ, ſuper illa, quæ acciderunt in morte Regis, ordine ſunt infra ſcriptæ.

1 Andr. Zamudius de Alfaro, protom. gener. & m. C. regiæ.
2 Antonius de Toleto venator max. Regis, & nob. Camaræ
3 Garcias de Onante Medicus Camaræ,
4 Ioannes Gomez de Sanabria medicus Camaræ.
5 Heinricus Guzmanuus nobilis Camaræ.
6 Ioannes Ruiz de Velaſco ex Cã. Regis, & Secret. Reginæ.
7 Franciſcus de Ribera ex Camara Regis.
8 F. Diego de Yepes ord. S. Hieronymi Confeſſarius Regis.
9 F. Garcias de S. Maria Prior S. & Regii monaſt. S Laurẽtij.
10 Ioã Guzmã. Pocillator Regis, & Eleemoſ. maior Reginæ.
11 Ferdinandus de Toleto nobilis regiæ Camaræ.
12 Petrus de Caſtro & Bouadilla nobilis Camaræ regiæ.

LIBRO-

LIBRORVM ET CAPITVM SVMMA.

CONFECTA eſt tota hæc Narratio, ut diximus, in Scriptura publica formam, referunturque ordine teſtimonia, prout ea iurati teſtes pronunciavere, quiſque ſuo quidem modo, ſtiloque, ſed in ſubſtantiam tamen admodum convenientia. Eius rei ſimile in ſacris literis exemplum repræſentant Evangeliſtæ, qui Chriſti *liberatoris noſtri vitam, mortemque magna paritate & conformitate, quantum ad ſubſtantiam, commemorant, diverſa licet via referendi, modoque. Quæ ut lectori clariora, & gratiora eveniant, reducam omnia in certa capita, exponamque, ſicut ab iis habeo comperta, quæque ſuo ſub genere, tituloque.*

LIBER PRIMVS.

DE FORTITVDINE REGIS.

In quo minutim perſcribuntur eius Patientia, doloreſque omnes, & labores quos pertulit, quique poſtremo vita exuerunt, ut ab inde intelligatur quam rara in eo illa virtus extiterit, & quam magni exempli.

Cap. I. *De Papientia Regis.* Pag.1.
Cap. II *De morbi Regis origine, & quæ eam cõſecuta mala.* p.8.
Cap. III. *Deſcriptio diſtincta, & exacta morborum, & infirmitatum regis.* p.10.
Cap. IV. *De morbo articulari.* p.12.
Cap. V. *De manuum & pedum ulceribus.* p.14.
Cap. VI. *De apoſtemate genu, & muſculi dextri.* p.15.
Cap. VII. *De febri continua.* p.16.
Cap. VIII. *De Hydrope.* p.17.
Cap. IX. *De Tertiana.* p.19.

Cap. X. *De dyſenteria.* p.19

Cap. XI. *Non potuiſſe in partes commoveri.* p. 21.

Cap. XII. *De inſomnia, & vigiliis.* p.22

Cap. XIII. *Repetuntur eadem quæ paſſus ſit, & dixerit rex clarius, exponunturque in ſummam, & argumentum eius Fortitudinis, & Patientiæ.* p.23.

LIBER SECVNDVS.

DE RELLIGIONE REGIS.

Vbi ſingulatim eius exercitia ſpiritualia, hoc præſertim verbo, ſacrarum Relliquiarum veneratio, Colloquia ſpiritualia, lectioneſq́, Orationes, Meditationes, Eleemoſynæ, alia huius finis, inſignis omnia exempli, & emolumenti.

Cap. I. *De ſacrarum Relliquiarum veneratione.* p. 41.

Cap. II. *Quantum momenti ſit, & commodi in veneratione ſacrarum Relliquiarum.* p.43.

Cap. III. *De conſolatione Regis ex ſacrarum Relliquiarum veneratione, & ab exemplo boni Latronis.* p.47.

Cap. IV. *De Regis devotione in uſu aquæ benedictæ.* p.49.

Cap. V. *De devotione regis in legendis libris ſpiritualibus, & audiendis de Deo & divinis rebus alloquiis.*

Cap. VI. *De eadem Regis Pietate.* p.52.

Cap. VII. *De libris ſpiritualibus, & piis, quibus rex uſus.* p.54.

Cap. VIII. *De anguſtiis, quæ fatigant in hora mortis, & conſideratione Purgatorii, in quibus ſe rex exercuit.* p.55.

Cap. IX. *De conformitate regis cum voluntate divina.* p.58.

Cap. X. *De conſolatione, quam rex accepit ex lectione Paſſionis dominicæ ſecundum Matthæum, cum apoſtema ſecaretur, conſideratio pia.* p.61.

Cap. XI.

Cap. XI. *Oratio, quam ſæpius cum confeſſario ſuo, ut ipſe teſtatur, Rex repetivit.* p. 64.

cap. XII. *De utilitate, quam librorum ſpiritualium lectio conferre ſolet.* p. 69.

cap. XIII. De *Eleemoſynis, & aliis caritatis operibus Regis.* p. 74.

cap. XIV. *Exempla plurium Regum, qui Eleemoſynis, & caritatis operibus claruerunt, & ſpeciatim noſtri regis.* p. 77.

cap. XV. De *Orationibus, & meditationibus regis.* p. 89.

cap. XVI. De *quadam regis inſomnia, quidque in ea acciderit.* p. 91.

cap. XVII. De *Profeſſione Fidei* Catholica*, quam Rex moriturus fecit.* p. 93.

LIBER TERTIVS.

DE PRVDENTIA CHRISTIANA

Regis, rebuſque memorabilibus, quas cum eo hac occaſione operatus eſt.

Caput *I.* De *confeſſione generali, & ſacra communione Regis.* p. 102.

cap. *II.* *Quo Regem modo* Camillus Caietanus *Patriarcha Alexandrinus, & Nuncius Apoſtolicus viſitaverit, & benedictionem Apoſtolicam impertiverit.* p. 106.

cap. *III.* De *extrema unctione Regis.* p. 110.

cap. *IV.* *Inſtructio, quam Rex dedit Principi pro horum regnorum felici gubernatione.* p. 113.

cap. *V.* *Admonitio, quam Rex ſcriptam reliquit* Principi *ad animæ ſuæ ſalutem, & regnorum ſuorum politicam adminiſtrationem.* p. 115.

Cap. *VI.* *Vt ſe poſt extremam unctionem Rex melius habuerit, & à ſe negotia, & cetera abdicarit.* p. 118.

cap. VII.

Cap. VII. *Quomodo Princeps, & Infans à rege patre commeatum, & benedictionem acceperunt.* p. 119.

Cap. VIII. *De animi tranquillitate regis, & nonnullis ſepulturæ paramentis.* p. 121.

Cap. IX. *Exceſſus regis, & in eo notabilia.* p. 125.

Cap. X. *Verba Clementis VIII. Pontif. Max. in Conſiſtorio IX. Octobris, An. 1598. in laudem regis defuncti.* p. 132.

Cap. XI. *De felici morte Regum Catholicornm Hiſpaniæ, propter eorum magnam Fidem, & Religionem, præcipue Philippi II. & vice verſa, de infelici, & miſero exitu impiorum, & hæreticorum.* p. 137.

Cap. XII. *De Sepultura Regis.* p. 148.

Cap. XIII. *De exſequiis, & ſupremis honoribus Regis.* p. 154.

LIBER PRIMVS,

DE FORTITVDINE REGIS.

In quo minutim perſcribuntur eius Patientia, Doloreſque omnes, & Labores, quos pertulit, quique poſtremo vita exuerunt, ut ab inde intelligatur, quàm rara in eo illa virtus extiterit, & quàm magni exempli.

DE PATIENTIA REGIS.

Caput I.

IOANNES GOMEZIVS de Sanabria medicus Cameræ Regiæ, & cum eo pęne omnes teſtes, qui ea, quę acciderunt in Regis noſtri glorioſiſſimæ memoriæ morte, & extremis jurati commemorarunt, ſibi pro certo haberi confirmant, mortem ejus,

 & quæ

& quæ habuit per totum morbum verba, dū ſe ad illam parat, fuiſſe rem ex omnibus, quæ umquam viſu, aut auditu perceptæ ſunt rariſſimam, & maximi exempli. Enimvero, & priuſquā extingueretur, & in ipſo fine, atque obitu tātæ promicuere virtutes, & pietas tāta adfulſit, ut meritiſſimo ad majorē Dei gloriā, ad regię Majeſtatis honorem, & horum ſimul regnorum cōmendationē publicari eę, & omnib⁹ innoteſcere debeāt, quandoquidē haut parvi id fieri, atq; æſtimari debet habuiſſe hæc regna talē Principē, tā Catholicū, tā Chriſtianū. Et quamvis illas tantas virtutes toto vitæ ſuæ tempore in promtu, uſuq; habuerit, ut nō minus earū omniū iſte videatur eſſe locus, tamen eas potiſſimū exponemus, q̄ hoc in morbo, quo exceſſit, maxime illuſtriores extitere, q̄ certe fuerunt majores, q̄ quiſquā animo cōcipere queat. In eo enim ſumma cura, atq; diligētia incubuit, quādiu vixit, ut eas redderet q̄ perfectiſſimas, dirigendo omnia ad hunc finem atq; exceſſum, haut ignar⁹, ad bonā mortem p̄cipue neceſſariū vitæ bene pactæ modū.

[M]erito illa [p]ublicari, [q]uæ in re[gi]s morte [n]otabilia [e]venerunt

De iis

De iis igitur ut ſermonem inſtituam, adfirmare non dubitaverim, inter virtutes, quas quidem iſto, & reliquo vitæ ſpacio magis, & ante omnes coluit, atq; exercuit, Fortitudinē præcelluiſſe, & Patiētiam. Ab ea proinde principium ſumam, quandoquidem omnium judicio major fuit earum omnium quæcumq; in hominum notitiam pervenerunt.

VIRTVS *hæc magis in eo cōſiſtit, ut res adverſas feramus, quàm aut aggrediamur, aut ſuperemus. Difficilius enim incudem agere, quàm malleum; patientem, quàm agentem. Quiſquis enim in adverſariū audet, inde fiduciam ſumit quod ſe fortiorem eo credit, & victoriā quoq; ideo reportaturū. Si id non eſſet, pugnā pariter detractaret. Qui adverſarij verò verbera & vulnera accipit, & tolerat, cauſſā habet, quod ſe virib⁹ imparē cognoſcit, nec eā, quā hoſtis habet, obtinere firmitatē. Hinc oritur facilius aggredi debiliorē, quā fortiorē patri, & eſſe difficili⁹ manū conſerere cum eo q plus poteſt, quàm cum eo qui pollet minus. Prætereà is, qui patitur, iam mala ſuſtinet præſentia; qui aggreditur,*

Ariſt. l. 3. Eth. S. Thom. 22. q. 123 art. 6. & præcipue in ſolutione ad 5. arg

Fortitudinem conſiſtere magis ferendis adverſis, quam aggrediendis.

futura, ac ventura, atq; ea etiam cum opinione, ut ab iis damnum non accipiat. Ex quo pariter eſt manifeſtum, maiorem eſſe fortitudinẽ, præſens viriliter tolerare malum, quàm conſtanti vultu opperiri vẽturum. Aliam quoque rationem habet ſua ex parte tolerantia rerũ adverſarum. Solet namque ea diu plerumque, & multum durare: at verò invaſio earum repentina eſt, & ſubitaria, atque ordinariè parum duratura. Ea de cauſſa probat D. Thomas de Aquino difficiliorem, & ſimul excellentiorem fortitudinis actum, pati mala ardua, æquali animo, quam eadem aggredi, atque repellere. Idem oſtendit etiam D. Ambroſius illuſtribus exemplis, & ſingulatim Machabæorum. Ex quibus Iudas paucis militibus ſæpius potentiſſimos Exercitus invaſit, & profligavit, quibus is rebus invictam animi vim patefecit. Multo fuit tamen maior fortitudo ſeptem cum matre Machabæorum, quorum patientia de ſuperbiſſimo rege Antiocho triumphavit. Illi enim pugnarunt armati; hi nudi, & inermes. Illi, ut ſæpius vicerint, victi tamen quandoque

Supra art. 6.

Lib. 1. de off. cap. 43.

Inſignis & commemorabilis Machabæorũ fortitudo.

doque

quandoque etiam ſunt, neque in hoſtes ſemper impetum facere auſi: iſti diamãtas ferendo præſtitere. Defeſſi ſunt hoſtes torquẽdo; non iſti cruciatus tolerando. Finem habuerunt tormenta: non item horum patientia. Vnus detracta capitis pelle priſtinam ſpeciem perdidit, non inſuperabilem virtutem animi. Alteri linguam amputaverunt, ſed illam in diẽ præſentem eius retinet patientia. Vnũquẽq; ſingulari tormento adfecerunt, quo vitam ademere, ſed vivit, claretq; æternum eorum fortitudo. Hoc exemplo, & aliis, probat pariter D. Ambroſius præcipuam fortitudinis vim poſitam in tolerantia rerum adverſarum. Regibus prorſus ea virtus digna, & cui in literis ſacris, præ reliquis omnibus promittitur corona, D. Iacobi teſtimonio, cuius ſunt verba. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quia cum probat⁹ fuerit accipiet coronam vitæ. *Adſerit, & Apoſtolus Paulus.* Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. *Neque minimum ad noſtrum inſtitutum eſt in eo momentum, quod noſtræ redemtionis meritum, & corporis ſui gloriam Filius Dei in ſua paſſione ma-*

Patientia virtus regia.

Epiſtol. Canon. cap. 1.

Ad Timo. cap. 2.

gis, & potius collocavit, quam in prædicatione ſua, aut aliis miſericordiæ operibus, ut, eadem ratione, intelligamus, noſtræ ſalutis remedium, & id in quod ſperamus regnū, non in imitatione, & ſequela aliarum virtutum tantum conſiſtere, quantum in imitatione eius paſſionis, & tolerantia ipſius cruciatuum, quandoquidem is ipſe, ab eadem illa Cruce, in qua tot, & tanta pertulit, regnare incepit, ut id multo ante propheta David edixerat, & Eccleſia ſolenni hymno poſt confirmavit. Ex quibus intelligitur quis verborum eiuſdem D. Pauli ſenſus, cum ſcripſit. Decebat eum propter quem omnia auctorem ſalutis per paſſionem conſummare. *Tres enim verbi* Cōſummare *ſignificationes. Prima eſt conſumere, ut ignis ſolebat veterum ſacrificia: altera ſummam colligere, ut in numeris, plures in unum: tertia perfectionem, ſive extremam manum rei alicui imponere. Quæ tres ſignificationes huic maxime rei conveniunt. Oſtendunt enim conveniſſe æterno Patri Filium offerre ſuum in ſacrificiū, pro omnibꝰ hominibꝰ, in quo ſacrificio ratio ſubduce-*

Regnabit à ligno Deus.

retur

retur omnium ſacrificiorum naturalis, & ſcriptæ legis, quandoquidẽ illa huius tantum erant figuræ, ut hoc deniq; modo Chriſto imponeretur ſuprema, & maxima perfectio quæ in eo conſiſtebat, ut pateretur, ut pote in quo recondita erat corona ſui regni. Ex quibus omnib' patet, cum virtus fortitudinis magis patiendo, & ferendo eluceſcat, et hac una præcipue via coronã inter reliquas obtineat, neceſſariũ pariter videri demonſtremus, qua ſcilicet ratione, cũ reliquo toto vitæ curriculo virtutem fortitudinis aggrediũdo, aut repellẽdo res arduas, et difficiles, rex ſemper oſtenderit, tamen hoc in extremo actu multo ſe fortiorem præſtiterit, ferendo patienter dolores intolerabiles. Ex quo maxime comparebit quã dignus is eſſet regnare, qui tam ſtrenue potuit tolerare. Sed ut ea melius cõſideremus quæ pertulit, aperienda prius ſunt illa, quæ ſuſtinuit. Referam igitur minutim, & quã veriſsime morbos, qui eum, veluti ex provocatione, oppugnarunt, in eamq; rem proferam teſtimonia medicorum totius orbis facile principum quales ſunt medici regiæ Camaræ, ſuper aliorum nationes, illorum nẽpe qui ægro-

tanti adſuerunt, quique iurati compertare-tulerunt, quandoquidem, ut pronũciavit Hippocrates, etiam illi qui non ſunt medici morborum hiſtoriam poſſunt perſcribere ſicuti ab illis qui pertulerunt accepere.

Lib. de victus orat.

DE MORBI REGIS ORIGINE ET quæ eam conſecuta mala.

CAPVT II.

DIE Martis, quæ fuit ultima Iunii, huj⁹ anni M.D. XC.VIII. diſceſſit rex hac ex urbe Madrito, ad S. Laurentium, cognomento Regiũ, cum ipſi Cameræ Medici, ut teſtificantur, ne id faceret, pluriens, & ſæpius auctores, ac ſupplices fuiſſent, quia pro certo haberent fore ut ex eo in gravem morbum incurreret. Vbi igitur ad D. Laurẽtii pervenit, in tertianã incidit, quæ ad ſeptimum diẽ duravit. Inde meliuſcule habuit. Sed die Mercurii, viceſimo ſexto Iulii, circiter mediam noctem rurſus febris corripuit, quæ continuè repetendo, in modum tertianæ duplicis, ex illis quas ſubintrantes

medi-

medici vocant, evaſit. Originem habuit ab exercitatione, quam partim intra, partim extra id monaſterium, quam ſolitus eſſet, paullo majorem fecerat, biduo, aut triduo, quam decumberet. Septimo valetudinis die ſubcrevit ulcus ad genu, muſculumque dextrum, colligente in eam partem malignum abſceſſum naturâ, cumque, multis licet adhibitis medicamentis, ne matureſceret plerique pertimeſcerent, & fore neceſſarium judicarēt ut aperiretur loco, & articulo ſuapte malitioſo, & periculoſo, poſtremo tamen maturuit, quo reſecto, multa inde materia promanavit, q̄ ea plenus totus muſculus eſſet. Sed pæter illam aperturam, quam ars fecit, duas alias natura, materiâ ſuperabundante, concitavit, ex quibus tanta defluxit, ut hæc una ſatis fuerit occidendo, ſi aliæ omnes cauſſæ procul fuiſſent. Triceſimo poſt die, occaſione levis medicinæ tantum temporis proluvium ſucceſſit, ut ſupra quadragies uno die egeſſerit. Id in extremum vitæ continuavit. Habuit pręterea principium hecticæ febris, ſed multo maximum

intercutis aquæ, intumeſcentibus notabiliter ſuris, ventre, muſculis, cum reliquæ partes ita flaccidæ, & exhauſtæ eſſent, ut abſque pelle & oſſibus nihil ſupereſſe videretur. His omnibus acceſſerunt defluxiones arthritidis ordinariæ, ulceraque quatuor fiſtulata digito indice dextræ manus, itemq; tria digito medio ejuſdem manus, & unum denique ad digitū pollicem dexteri pedis. Atque hi tanti, tam magni, atque periculoſi morbi ſimul conjuncti poſtremo, ſicut teſtantur Camaræ Doctores, & Medici, Regem vita deſtituerunt.

DESCRIPTIO DISTINCTA, ET exacta morborum, & infirmitatum Regis,

Capvt III.

* *Regis morbus inveteratus, & ordinarius erat articularis, illi tamen alias infirmitates Deus adiunxit, neſcio, an oriundas omnes ex corrupto articularis humore. Vt enim corporis humani morbi ſint diverſi, una tamen,*

eademq;

eademque illorum poteſt eſſe cauſſa, ut voluit Hippocrates. Et licet neget Galenus, Diſputatione in Archigenem, poßibile, aut credibile, ut corpus unum, omnibus ſuis partibus, morbo laboraverit: merito tamen dubitem, an temeritatis fuerit, adfirmare, Regem undique, aut certe pene omnibus corporis partibus, maximis doloribus defunctum. Quandoquidem, ut ſupramemoravimus, non mediocres hauſit ex articulario, manibusq;, pedibusq;, morbo: maximos vero ex ulcere genu dextro materiæ putridæ, & male olentis referto, ſuper tot, & tam atrocia per eadē membra ulcera fiſtulata. Habuit & hecticam febrim, inflatas per intercutis initium ſuras, muſculos, & ventrem, ad reliquas partes, pelle, oßibus conſumtis, & prope putrefactis, vix cohærentes. Addo duplicem tertianam, profluvium à peſtilenti humore, eodem in lecto, continuum, ita ut ſtragula numquam toto tempore morbi mutari potuerint, denique perpetuum reſupinò decubitum. Prætermitto capitis dolorem, & oculorum, itemq; narium, ex gravi, & fœdo odore tormentum,

Libr. de flatibus.

Galenus lib. 2. de locis affect. cap. 7.

vigilias nocturnas, & inſomniam, aliaq; minora innumera ex his creata mala, & incommoda. Fuerunt iſti nempe ferrarij, qui ipſum, continuis veluti ad incudem ictibus, contuderunt, & excruciarunt. Ex quibus probabile, & poßibile illud videtur eſſe, quod contra Galenũ defendit Archigenes, loco ſupracitato, corpus unum ſentire, & experiri poſſe, partibus ſuis univerſis, adfectus morbidos, & dolorificos, ſicuti expertum fuiſſe Regem vidimus in ſuo, exceptâ his tamen in omnibus Medicorum cenſurâ.

DE MORBO ARTICVLARI,

CAPVT IV.

* Gal. lib. de compoſ. cap. 2.

MORBVS *articularis Hiſpanis, Gallis, Italis, gotta, vel gutta eſt, quod guttatim vitioſus in pedum, & manuum articulos deſtillet humor, qui, propterea quod partes illæ ſint maxime ſenſibiles, graviſsimum cruciatum parit; Separat enim is humor articulorum iuncturas, ſicuti humus, quæ in ianuæ poſtes incum-*

bit, lo-

bit, locoq; repulſat, & ſubinde ſubvertit. Morbi origo ex abundantia, & ſuperfluitatib⁹ indigeſtis, quæ finem vitæ fecerunt Aſſæ regis (frequenter enim is morbus reges, & Principes occupat) ut teſtatur his verbis Spiritus Sanctus. Anno triceſimo nono regni, ægrotavit Aſſa dolore pedum vehementiſſimo, & mortuus eſt anno quadrageſimo primo regni ſui. *Ita ut Aſſa ſolo articulari extinctus ſit ineunte regni ſui anno ſecundo, & quadrageſimo. Neque enim alterius ægritudinis mentionem habet ſacra Scriptura. Dolorem ſane pedum graviſſimum perpeſſum oſtendit. Inter acerbiſſimos dolores quos tolerabat Iob de articulario etiam ſingulatim cõqueritur?* Poſuiſti, *inquit*, in nervo pedem meum. *Non enim aliter vinctum ſe podagra arbitrabatur, quam ſi cippo retineretur, aut compedibus. Hoc morbo laboravit rex plures per annos, maximoſque ex eo dolores accepit.*

Lib. 2. Par. cap. 16.

Iob. cap. 3.

DE MANVVM, ET PEDVM ulceribus.

CAPVT V.

★ VLCERA *manuum, & pedum adſerebant regi, maxime cum medicinam faciebant, ſingularem cruciatum. Suapte enim maligna erãt, & gravia adeo, ut iis ex plagis quib⁹ Deus multavit Aegyptum elegerit ea Moyſes, ut tormẽti maioris, quæ imprecaretur tranſgreſſoribus, & contemtoribus legis.* Percutiat te Dominus ulcere Aegypti. *Vt vero toto corpore ulceribus ſcaterent Aegyptij, maior tamen erat digitorum manuum, atque pedum dolor, ac cruciat⁹, Philone Iudæo teſte. Medicorũ peritiſſimi rupturam eam fieri aiunt, vi ſuperflui, corrupti, & incenſi humoris, qui ſuo ardore externa scũ acerbitate paulatim partes ſanas abſumit, & putrefacit. Hoc morbo, auctor eſt Plinius, Aegypti reges laborare, & perire ſolitos. Et de eodem Iobi eſt querela.* In nihilum redacti ſunt omnes artus mei.

Deuteron. cap.28.

Lib.1.de vita Moyſ.

Cap.36.

DE

DE APOSTEMATE GENV, ET muſculi dextri.

Capvt VI.

NOn *potuit non generare ferme parẽ dolorem apoſtema genu, & muſculi dextri. Nam & multum temporis interceßit, quã aperiretur, & poſtea ſeſe per plura capita effudit, & natura pariter malignum erat. Vnde & partes circũiectas putrefaciebat, & ad ipſa oſſa pertinebat. Hoc unum ſufficiebat depellendæ vitæ. Vnum enim fuit Ezechiæ regis, & Propheta Iſaias, de eo mentionem faciens, letale adſervit, intraq; paucos dies moriturum regem, niſi miraculo ſervaret Deus. Fuiſſe vero eiuſdẽ generis morbum, inde colligitur, quod eumdem Prophetam legimus cõcinnaſſe emplaſtrum ex ficubus, quod apoſtemati imponerent. Et quamvis latine* ulcus *nominetur, Hebraici* Sechin, *Pagnin⁹ tamen vertit* inflammationem, *quod apoſtema malignum eſſet cum inflammatione, quale* Cacoethes *appellat Galenus. Quidam præſtans medicus noſtri temporis è veſtigio huiuſmodi apoſte-*

*

Iſ. cap. 38.

Lib. 4 reg. cap. 20.

Gal. de tumorib. præter naturam ca. 15. & li. 2. de meth.

apoſtema curavit, confecto ad imitationem Prophetæ ex ficubus emplaſtro. Ex ficub' enim, & avenæ farina parato emplaſtro ſolvuntur id genus abſceſſus. Sed regis apoſtema, omnibus licet adhibitis medicorum artibus, vix denique reſolvi potuit. Tanta eius malitia fuit. Habuit ſimile apoſtema rex patientiſſimus Iob. Scri-
Iob.cap.20 *ptum eſt enim egreſſum permiſſione Dei Sathanam, & percuſſiſſe Iob* ulcere peſſimo. *Abſque dubio habuerunt eadem apoſtemata uterque Iob, & Ezechias pariter ad genua, Quãdoqui-*
Deut,c.28 *dem ait ſcriptura.* Percutiat te dominus in ulcere malo in genibus, & in ſuris ut non poſſis ſanari.

DE FEBRI CONTINVA.

CAPVT VII.

* FEBRIS *continua ferme in naturam verterat. Poſtremo in hecticam evaſit, quæ etiam uſque conſumſit, & exedit, ut præter pellem oſſibus fixam nihil reliquerit. Huic par hectica fu-*
Iob.cap.30 *it Iobi regis, quam* cauma *appellat* Oſſa mea

arue-

aruerunt præ caumate. *Alibi comparat flori,* Iob.cap.14
qui quaſi flos egreditur, & conteritur. *Alio* Cap.19.
loco dicit, Pelli meæ, conſummatis carnibus,
adhæſit os meum. *Venerabilis Beda, & Phi-* In c.19. Iobi.
lippus Presbyter hanc debilitatem, & abſum-
tionem maraſmum *vocant. Galenus febri he-* lib.1.
cticæ iungit. Acceſſerunt XXII. Julij febres
aliæ, quæ vices repetendo in tertianæ duplicis
morem ingentes ardores excitarunt, & ma-
xime fatigavere.

DE HYDROPE,

CAPVT VIII.

HYDROPS *ventrem, & alia tali adfuſioni obnoxia occupaverat. Sed is ſuper febrium, de quibus diximus, ardores, ingentem quoq; ſitim generavit, quæ ipſa fame intolerantior Tantalo, & avaro Epuloni in tormentum tribuitur. Quod tormentum reliqua omnia longe ſuperaviſſe inde ſcias, q, teſte D. Luca, ab Abrahamo non petiit is aliud præter aquæ guttam ad linguæ refrigerium.* ★

Hoc idem ſupplicij graviſsimi genus fuit, quo Deus Iſraelitas perſecutus eſt errantes in deſerto, ubi erant dipſades, & non aquæ. Dipſadis è Serpentium genere ea natura eſt, ut quos percuſsit reddat hydropicos. Sicciſsima eſt inter viperas, eiuſque venenum interficit, calore, & ſiccitate. Vnde qui ab ea vulnerantur, conſumto omni humore naturali, tanta ſiti excruciantur, ut reſtinguendæ magnam aquæ copiam hauriant, & eâ denique hydropem ſibi concilient. Ab ea etiam hydrops dipſacos nominatur, & ipſa à διψάω, quod ſignificat ſitio, ſitis quoque dipſaos dicta. Ab his Serpentibus multi Iſraelitarum in illo deſerto admorſi, & in hydropem dati, ſæviſsimo cruciatu perierunt. Fuit Regis tanta ſiccitas, & ſitis utrimque & ex febri, & ex hydrope ut verba non ſint explicanda. Nihilominus non illi niſi ex ampla patera potus porrigebatur, neque ſemper.

Galenus 11 de ſimpl. c. 2. de vipera,

Nicander in ther. ſect. 40.

Ex quo paret, quantum hac quoq; parte paſſus ſit.

DE TERTIANA,

CAPVT IX.

DE tertiana non agam, malo ordinario, & cuius anguſtiæ omnibus cognitæ, ob extremitatem frigoris, & caloris, quibus ſcilicet contrariis, teſte Plinio, domat Deus feritatem leonum. Imprecatio eſt etiam Moyſis in peccatores inſolentes: Percutiat te Dominus febri & frigore. *Deut.c.38.*

DE DYSENTERIA,

CAPVT X.

DYSENTERIA triceſimo morbi die orta ſimul cum vita finivit. Plinius explicavit, crebrã volũtatẽ egerendi, *q̃ ſolet evenire magno cũ dolore, ut auctor eſt Galenꝰ. Sumit originẽ ex cholera putrida, q̃ cũ impetu intra inteſtina colligitur, ſuapte natura admodũ ſenſibilia, cui alij corrupti humores ex ulceribꝰ,* cacoëthes *vocatis à Medicis, adiũgũtur. Duplicatur verò dolor ſi tenaſmꝰ accedit,*

Lib.28. cap.14.

Gal. de uſu par.

qui eſt egerendi voluntas inanis. *Non deſunt qui paullo ſubtilius diſtinguant;* & dyſenteriā *ipſam alvi deiectionem interpretentur*: tenaſmum *deiiciendi voluntatem: Et* dyſenteria, *laboraſſe regem: non item* tenaſmo. *Hoc morbo quem* diarrhoeam *etiam nonnulli vocant, adflixit Deus Ioram totum biennium, & tum demum vita privavit. Solet enim diutius continuare, ſi abeſt continua febris. Quæ quia Regi aderat, eo etiam brevior fuit. Eadē diarrhoea laboravit patientiſſimus ille Jobus. Fatetur enim de ſe ipſe*: Effudi in terram viſcera mea. *Ita intelligunt locum, & exponunt venerabilis Beda, & Philippus Presbyter*, & ſterquilinium in quo ſedit, *ſuum ipſius fuiſſe excrementum, ex quo moveri non poſſet. Magnum eadem cauſſa regiæ maieſtati dolorem attulit, quia neque lecto ſe movere quibat, neque alibi, quam in lecto egerere, cum interea neque ſubiecta ſtragula mutari poſſent, & ſedes, dorſumque iis in ſordibus putreſcerent. Sæpius enim accidit, ut mihi retulit Garcias de Onante Medicus Cameræ, ut potius eſſe ducerent, eaſdem non expur-*

ibr.2.Pa-
lip.c.21.
alleſius
e ſecr.Ph.
p.40.

gare excretiones, quam eos, quos motu capiebat, dolores frequentius ſuſcitare. Relinquebãtur ita ſordes in eodem lectò diutius, odoreſque ex ſe peſtilentes generabãt. Quæ ſane res, ſi quis mundiciem, & elegantiam, compoſitionemque animo repetat, quibus ſemper rex uſus, quæq; fuerunt omnium comparatione maiores, facile intelliget, omnium quas pertulit miſeriarum facile potiſſimam, & de illo, quod prius de ſanctiſſimo Iobo, veriſſime dici potuiſſe. Sedit in ſterquilinio.

NON POTVISSE IN PARTES commoveri.

CAPVT XI.

FVIT *et illud nõ parvi tædii, & cruciamenti non potuiſſe per totum morbum in alterutram partem tranſmutari, aut commoveri, ſed perpetuum fuiſſe reſupinũ decubitum, haut diſſimili Aegyptiorum ſupplicio, qui per tres illas dies, ut libro ſapientiæ* Cap. 17. *ſcriptum*, vinculis tenebrarum; & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis jacuerunt,

necſe in utrum vellent latus movere potuerunt.

DE INSOMNIA ET VIGILIIS.

CAPVT XII.

DE inſomnia, & nocturnis vigilijs multa erant, quæ dicerem. Neque enim dolores ſomnum capere permittebant, & ſi aliquando paululum inclinaret, id eveniebat tamen cum magna trepidatione cordis, & ſubitario terrore, vaporibus, & fumis obſcuris, craßis, & melancholicis in ipſum congredientibus. Quo neque caruit optimus ille Iobus, Terrebis, *inquit,* me per ſomnium, *ita ut etiam in ſomno torqueretur. Et licet, ut mihi retulit Ioannes Gomez de Sanabria, quaſi ſemper rex de nocte bene dormierit, de die etiam ultra modũ; ut plerumq; excitando adſuerint, acceſſerintq; regij liberi, nobiles pleriq; Camaræ, & alij miniſtri regij, ex quibus Ludovicus de Cabrera, quem eo eam ob cauſam accerſebãt, uti & Frãciſcum de Mora, ut quibuſdam architecturæ*

Iob. cap. 7. Videndus Celſus lib. 3. & Ael. Aurel. lib.

ſub-

ſubtilitatibus, & exemplis, inſtrumentiſque à dormitione retinerent, nihilominus per aliquas noctes vigilando multa toleravit & expergebatur per illas trepidationes, quæ de inopinato circumveniebant, adflictabantq;. Prætereo cogitationes mœſtas, & turbidas, quibus vexabatur, ut plerique omnes, qui tali ſtatu. Omitto etiam dolores capitis, & oculorum, tormentum narium ex fœdo odore, & gravi, aliaq; mala minuta innumera inde procreata. Hæ fuerunt infirmitates regis, quas, ut potui, & ſcivi, retuli. Illud certum eſt maiores eius dolores fuiſſe, quam intelligere, aut verbis explicare potuerim.

REPETVNTVR EADEM QVAE PASſus ſit, & dixerit rex clarius, exponunturq; in ſummam & argumentum ejus fortitudinis, & patientiæ.

CAPVT XIII.

HIs de regis infirmitatibus, & doloribus commemoratis, ut ea retulerunt ejus medici, cum cujuſque vi, & qua-

litate ſingulari, ut melius tamen intelligatur, quãtum paſſus ſit referam hoc capite ad verbum, omnes particularitates quas in hoc articulo de patientia teſtificati ſunt auctores hujus relationis. Primum ſit quod intra tres & quinquaginta dies, quibus morbus tenuit, numquam veſtis mundari, aut mutari potuit, ad minimum ſubjecta, propter ingentes cruciatus quos accipiebat, quoties mutare vellent. Decubuit totum id tempus reſupinus, & in dorſum, atque ita egeſſit, quæ naturæ neceſſitas poſtulavit hęſitque materia eo modo, & ea copia qua defluebat. Quę omnia eo majus ei tormentum conciliabant, quanto mũdiciæ ſtudio, & deſiderio omnes mortales ſuperaverat, adeo ut adfirmet Doctor Andreas Zamudius de Alfaro, neque eum ſuo in cubiculo in pariete lineam paſſum, neque in ſolo maculam, aut nævum. Sed ingentes prorſus reliqui quoq; fuere dolores & labores. Namque totum biennium, & quod excurrit, numquam conſiſtere pedibus potuit, & in dies renovabantur articularii acerbitates, quem in

[V]aletudi[nis] ſpatiũ.

Decubitus

Munditiæ [ſt]udium.

Arthriti[ca]is difficul[t]ates.

omni-

omnibus membris habebat. Neque toto hoc tempore abfuit febris, præcipue trib⁹, & quinquaginta poſtremis diebus, quibus immenſis cum ardoribus, nulla intermiſſione, incremēta fecerat. Poſtquam unius manus digitos vis morbi aperuit, fluxit ex iis tabus ultra annū, apertus eſt dein digitus pollex pedis dextri, tanto cum ſenſu, ut ne lodicis quidem tactum pati poſſet, abſque inſigni dolore. Septimo morbi die, ſe apud genu dextrum apoſtema collegit, pallatim matureſcens, nō ſine inſigni dolore. Poſtremo, ut ſcalpro aperiretur neceſſitas flagitavit, quæ multo maiorem peperit: Quod neque multo ante ipſe Rex diſſimulavit. Pridie enim quam aperiretur (is fuit dies Deiparæ ad Nives) faſſus eſt Franciſco de Ribera, nobili Camarario, cum audiſſet ex Medicis matureſcere, *fore eam rem admodum arduam, & magni periculi, ſi neceſſitas ad aperiēdam ſuram compelleret*, ſicuti accidit. Nam inde acutiſſimos dolores hauſit. Deinceps ciendo puri, quo mane & veſpere ſcutellæ duæ replebantur, ut teſtatur Garcias de Onante,

Febris continua.

Vlcera manuum & pedum.

Apoſtema genu.

Et ex eo cruciatus.

chirurgica fiſtula opus erat, quæ ex admodũ locis remotis ſaniem educeret, adfirmatque idem, iſta per omnia tantos & tales dolores excitatos, ut, qui eos abſque defectu animi perferret, præter Regem eſſe potuerit nemo. Cum jam ad finem ulcus perveniſſet, teſtatur idem Franciſcus, fuiſſe neceſſarium, ut medicinę adhibendę ſuram paullo attollerent, quo defluenti tabo viã facerent, qua ex re tantum dolorem rex conſecutus eſt, ut cum iterum idẽ medici conarentur ad eumdẽ effectũ, ſimul ut alia naturæ curarent, poſtremo faſſus ſit ultra nõ poſſe pati, & cũ medici, nimis eſſe neceſſarium, neq; intermitti poſſe pertenderẽt. *Igitur proteſtor*, inquit, *me tormento hoc moriturum, hocq; dico, ut ita futurũ intelligatis*. Tum vero eos abſtinuiſſe. Solebat alias chirurgis quãdoque imperare, ut moras injicerent: quandoq; ut molli manu officiũ facerent, dabatq; ex cõpoſitione argumentum intolerãdi cruciatus, quem ſæpius Deo in placamentũ palã offerebat, plerunq; ſecreto, & ſola mente, ut erat circumſtantium copia. Odores fœtidi q partim

ex dictis ulceribus, partim naturali à neceſſitate proveniebant, alius generis tormentū patiebant, ſupra quod dorſum, clunes, ſedeſque ſaucias & adroſas haberet ob immobilem decubitum. Sitim vero quam perpetuam, & ſæviſſimam tulit, ita defluxiones accenderat, ut conflagrare videretur, neq; ardori reprimēdo quidquā reperiri, & porrigi ſatis idoneū poterat. Atq; ipſe nihilominus tantæ fuit erga ſuos medicos obedientiæ, ut abſq; eorū voluntate, & licentia bibere nihil umquam præſumeret, teſtaturq; hanc partem Antonius de Toleto, Camaræ nobilis, voluiſſe aliquando, ſublato paullulum pectore, os abluere, & gargarizare, medicoſq; permiſiſſe, ea tamen conditione, ne quid aquæ demitteret, ne, ſi faceret, ſtomachum incenſum, & æſtuantem ſuffocaret, accidiſſe, ob virium debilitatem, ut per trepidationem aquam ingurgitaret, tum vero, quia verba intercluſa erant, ſignis oſtendiſſe, eam rem ſibi magnæ moleſtiæ eſſe, quod cōtra eorum præceptum ſucceſſiſſet. Duas poſtremo horas antequam animam exſpiraret [illegible]

Odorum fœditas.

Sitis continua.

Obedientia Regis.

Paroxyſm. graviſſ. & memorabilis.

tus paroxyſmus corripuit, ut ad extremum deductus crederetur, erantque in ea opinione omnes, cum de improviſo oculos ipſe magna cum vivacitate aperuit, eoſque in Crucifixum (fuerat is crucifixus cum quo pater obierat) quem præferebat Ferdinandus de Toleto defixit, mox eumdem ab eo ſumtum pluriens exoſculatus eſt; maxima devotione, non minus atque imaginem Deiparæ matris Montiſferretanæ, quæ in eo cereo erat, quem altera manu tenebat. Hoc factum viſum eſt adeo notabile, teſte Diego de Yepes, ejus Confeſſario, ut judicaverit Garcias de Loayſa, Archiepiſcopus Toletanus, & reliqui omnes qui aderant, impoſſibile ut ſeſe ipſe naturaliter, tam ſubito, atque inopinato recipere, & colligere potuerit, cum adfectu, & conſideratione tam vivida, ac efficaci, ſed fuiſſe potius favorem aliquem cœleſtem, & ſingularem, quem eo articulo perceperit, aut viſionem quæ eum ſibi reſtituerit, & veluti redintegraverit, cum ejus generis antea nihil eveniſſet; poſtremo raptum potius videri, quam paroxiſmum. Neq;

hoc im-

hoc improbabile ſi reliqua in animum advertamus quæ hac in materia exponimus, & rarã illam, & admirabilem gratiam, quam Deus huic bono, & pio Principi conceſſit. Sed ut eo redeamus, neque tamen hi tam inhumani, tã atroces, & terribiles dolores & cruciatus, de quibus diximus, tantum umquam potuerũt, ut vel minimum patiẽtiæ punctum rex amitteret; aut verbo, vel geſtu quidquam, niſi admodum obfirmatum, & compoſitum proferret, aut demõſtraret, claro, & manifeſto argumento voluiſſe eum, ut in ſe divina voluntas compleretur, in cujus rei teſtimonium prope vices innumerabiles illa redemtoris noſtri in horto repetivit. *Pater non mea ſed tua voluntas fiat*. Imo incredibili benignitate, & manſuetudine omnes circa ſe ſolabatur, ægre ſibi eſſe, ac moleſtum, quod in ſui gratiã aliquid paterentur, & tantum laborarent. Igitur alios ſæpius ad capiundum ſomnum ire jubebat, alios ad laſſitudinem ſedandam. Teſtatur idẽ Antonius de Toleto, toto hoc tempore morbi, nihil umquam à ſe, & ceteris Camerariis

Modeſtia & compoſitio regis admirab.

Conformitas cum voluntate divina.

Humanitus erga ſuos.

 petiiſſe,

petiiſſe, niſi ſumma cum modeſtia, rogans, & his plerumque verbis obteſtans, *Per vitam tuã hoc age*, quaſi non amplius rex, & domin⁹ eſſet, qui imperare poſſet. In hujus tam raræ, & inſignis Patientiæ meritum, & mercedem, ſuper æternam, & cœleſtem gloriam, quam adeptum piè credimus, multas cõſolationes, & favores ſpirituales illi Deus, hoc in morbo, tribuit. E quibus unus fuit, ut teſtantur Heinricus Guzmannus, & Petrus de caſtro, & Bouadilla, Cameræ nobiles, quod ſummis precibus à Divina Majeſtate rex petiit, ut, morte appropinquante, doloribus liberaretur, quo quietius, & melius rerum divinarum contẽplationi, & ſuæ ſaluti incumbere, & attendere poſſet. Fateturque idem Heinricus, ſingulari ſe curioſitate, & attentione exſpectaviſſe, an Deus hanc illi gratiam impertiretur. Animadvertiſſe vero, ab eo tempore, quo ſignum pulſus præbuere accelerantis mortis, (Id ſpatium fuit unius diei, & dimidii) omnibus doloribus liberum eum, ac ſolutum fuiſſe. Aliã miſericordiam fecit Deus haut minorem, ut oſtendit Ioannes Ruiz de Velaſco ex Camera-

Spirituales conſolationes & cœleſtes quas hoc morbo accepit.

Exceſſus abſq; dolore.

Mentis & intellectus ſenſuumq; integritudo.

riis,& cum eo alii plures,quod mētem, & intellectū,cor,& animū ſirma,ac integra prętitit,ut pati illa omnia poſſet, ac ſimul intueri. Itaq; neq; vultu,neq;voce ſignū ullū dedit,unde colligi poſſet fatigari eū,aut laſſari, dandis reſponſis iis omnibus, qui cum eo colloquebantur,quorum magnus numer⁹erat,tā relligioſorum,quā ſecularium. Abfuerunt pariter anxietates,& faſtidia ſolita ægrotātium, neq; impedimento quidquam extitit, quo minus per illos dies ea,quę ſupererant,recte componeret,atq; ordinaret. Quib.dieb. etiā nullum cum quoquam verbum permutavit. Sed hoc idē toto p̄teritę vitę tēpore rex obtinuerat. Nemo enim cum quoquam umquam jurgantē vidit;nemo de quoquam obmurmurantem, aut detrahentē audivit;nullius umquam pſonæ tædium,aut faſtidium oſtēdit, teſtimonio ejuſdem Velaſci,in ſpecie quidem per annos quatuor & viginti,quibus illi in Camara prę-ſto fuit. Idipſum ait audiviſſe ſe de præteritis ante tēporib⁹. Neq; poſtremo mediocris hoc illi conſolationis fuit, ꝙ feſto Exaltationis S.

Mira ab ira, & murmuratione temperantia regis.

Cru-

Devotio erga S.Crucem.

Crucis excelſerit. Nam & erga S.Crucem, teſte Andrea Zamudio de Alfaro, ſemper devotiſſimus fuit, & ita adficiebatur, intenereſcebatque, præcipue quotiẽs intueretur ligni S.Crucis particulã, qualem inter alias ſacras reliquias ad D.Laurentii poſſidebat unam, ut alter S.Andreas, aut S.Helena judicaretur. Et in eo, in quo agitabat, loco, ſuper plures pias imagines, ad omnia latera crucifixi imagines defixas habebat, ut in quamcumque ſe partem converteret preces ad eũ effunderet. E conſpectu vero crucifixum habuit devotionis ſingularis, quem multas horas paullo antequam obiret amplexatꝰ, modo fronti, modo oculis impoſuit, tanta cõtritionis, & amoris divini ſignificatione, ut intra ipſa viſcera recondere velle videretur. Quantum ad hanc S.Crucis venerationem præterea attinet, retulit mihi F.Iacobus de Yepes ab ejus confeſſionibus, regem teſtamento mandaſſe, ut pro ſua anima magnus miſſarum numerus haberetur, media quidem pars in honorem S.Cru-

cis;

ciſ; altera Deiparæ Matris, quam pariter quãdiu vixit, devotiſſime percoluit.

CONSIDERATIONES MVLTAE pietatis, & evidentiæ, quibus magnitudo ejus Patientiæ, & inſignis, regiæq; Fortitudinis demonſtratur.

CAPVT Vltimum.

VIDIMVS diverſitatem qualitatẽque infirmitatum, ac dolorum quibus regem Deus exercere, & probare voluit, ut illi ad maiora merita, & præmia occaſionem faceret. Iam haut difficile conſideratu erit, quanta eius, & quam magna patiẽtia extiterit, ſi etiam nonnullas ad hæc circũſtantias, quæ illa omnia concomitatæ ſunt, paulo clarius aperiamus, & amplius penſitemus, de quibus huius relationes teſtes mentionem nullam habuere.

Prima eſt quæ in medium venit, fuiſſe ipſum qui pateretur Regem, & tam Magnum. Nam

[B]oeth. de [c]onſ.

ut recte animadvertit Boethius, licet eadem ſit qualitas, & quantitas adflictionum, & moleſtiarum, quas patiuntur reges, & ceteri mortalium. perſonæ tamen regiæ multo magis adfliguntur, adficiunturque, quod ex delicatiori, atq; accuratiori educatione tactus ſenſum obtineant vivaciorem, & magis ſenſibilem. Exemplum in igne eſt, qui lino, ferroque admovetur. In iſto quidem nihil, aut parum proficit: at illud momẽto in favillas vertit, propter diverſam lini, ac ferri diſpoſitionem. His adiũgitur felicitas regum; propriæ item voluntatis arbitrium: poſtremo obedientia, & ſervitus, quam ab omnibus exigunt, & recipiunt. Hinc evenire ſolet, ut dolores parvi, pro magnis illis ſint, eiſque illam, qua perfruuntur, felicitatem ſubito adimant, & intervertant. Amplificat iſta, & confirmat doctiſſimus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis, cum eadem ſupplicia, & tormenta demonſtrat Aegyptiorum, & regis. Maiores tamen fuiſſe dolores regis, quod mollius quoque fuiſſet educatus, quam ceteri ſubditi regni, &

Regum magis ſenſibiles moleſtia, & adflictiones.

Felicitas regum.

Tom. 1. in Exod. cap. 19 q. 5.

in ampliori felicitate egiſſet, maiorique obedientia, & ſervitute ſuorum uſus eſſet.

Secundo & illud multũ perpendẽdum, quod infirmitates regis noſtri non ex illarum fuerũt genere, quæ ſtuporem partibus adfectis generant, quo attonitæ, & alienatæ dolorem minus percipiunt. Neque ex iis quæ ſenſum adimunt, aut rationis uſum, quales cordialis arthritis, paralyſis, phreneſis. Divinæ enim Providentiæ placuit ut & ſenſum firmum, perpetuumq; retineret, & rationem admodum validam, atque vivacem, quo & acrius graviſſimos dolores arthritidis, hydropis, vulnerum, febrium, reliquarum incõmoditatum perſentiſceret, & ex iis maius meritum ſibi cõficeret.

Qualitas infirmitatum regis.

Tertio noluiſſe Deum ut hydropem, aut hecticam admodum confirmatas haberet. Sed ut ille novos quotidie humores colligeret; & iſta paulatim graſſaretur, in eumdem tamen effectum, & uti maiorem utrimque moleſtiam perciperet. Auctor eſt enim Galenus eos morbos plus doloris parere, ac moleſtiæ, qui nondum ſint cõfirmati. Dum enim partes ſolvuntur, & in iis

Morbi nondum confirmati maioris acerbitatis lib. 3. Epid. com. 3. c. 8.

pus gignitur nativus calor excitos humores percoquit, unde naſcuntur tumores, dolores, febres. Vbi ab ea coctione calor deficit, confirmata eſt infirmitas, & doloris acerbitas lãgueſcit. Hoc quodam aphoriſmo Hippocrates voluit, cum ſcripſit. Dum pus conficitur dolores, ac febres accidunt magis, quam jam confecto. *Quæ omnia argumento ſunt regis dolores fuiſſe exceßivos. Sed nullos ad tot, & tam acerbos dolores, fudiſſe eũ gemitus, queſtus, aut eiulatus, ut plerique alij ſolent mortalium, arbitror exemplum Fortitudinis, & Patientiæ omnium quæ demonſtrari poſſunt rarißimum. Suſpiria enim, & genitus mitigant ex parte dolores, ut fuſim probat D. Thomas Aquinas. Ratio inter alias una, quòd ore exſpiratur ex corpore pars humorum nocentium, à quibus dolor; evaporatque flamma, quæ cor excruciat, & aliquid ſubintrat auræ recentis quæ temperat, & refrigerat. Hanc eamdem rationem dat quoque in Problematis Ariſtoteles.* Dolores, *inquit*, vel omnes certe, vel plurimos calor adjuvat, quem profecto is auget, qui ſuum

Lib.2.aph. 47.

Incredibilis regis Fortitudo & Patientia.

Queſtu et ſuſpiratio dolores mitigari.

D.Thom. 12.q.38. art.3.

cohi-

cohibet ſpiritum. *Huius Philoſophiæ manifeſtum experimentum in Slopetto, aut militari tormento, cuius os ſi obtures, & ignem iniicias, abſque dubio concrepabit. Tanto enim invaleſcit magis ignis, & exitum quacumque parte tandē molitur. Ita plerique adflicti, quibus in pectore graſſatur incendium, & cum dolore ipſo ſuccreſcit, neceſſario oris beneficio æſtui viam aperiunt, & lamentis, & querimoniis illam flammam molliunt, & labefactant. Huic rei ſuggerunt quoq; profanæ hiſtoriæ exemplū, in muto filio Crœſi, qui cum videret militem ſtricto pugione, in Regem patrem invadentem, tantum inde dolorem concepit, ut cum pectore retinere non poſſet, linguæ denique vincula abruperit, & èruperit in vocem,* Homo ne perimas Crœſum.

Comparatio clara.

Exemplū ab hiſtoria. Herodatus lib. 1.

Atque inde quoque colligitur, quantus fuerit pariter dolor Iobi, quandoquidem neque gemitus dare ei, neque vocem proferre, certo tempore, permiſſum fuit. Fatetur ipſe; Poſui frenum ori meo, *Quæ verba, eo, quem diximus, modo interpretatur Philippus Presbyter. Sed*

Iobi patientia, & modeſtia.

Cap. 30. Philippus Presbyter ibidem.

Item Davidis Pſ. 38.

multo expreſsius, & mirabilius in eamdē ſententiam regius Propheta David, ut regum exemplis potiſſimum utamur: Dixi, Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea, *ſive, cum in adverſitate, & adflictione me conſtitutum viderem, decrevi linguæ tamen meæ moderari, ne quid proloquar inter anguſtias, cuius poſtea pœniteat. Quandoquidem magnū dicendi, & queritandi dant miſeriæ argumentum, & arduum eſt linguæ temperamentum. Et inferius:* Poſui ori meo cuſtodiam, *ſive, ut Hebraicus habet textus,* Injeci capiſtrum, vel fiſcellam ori meo, *veluti diffidens, inquit, linguæ meæ, frenum, tamquam beſtiæ, impoſui, ne quid promeret alienum. Grande profecto tormentum, negare adflicto etiam gemitum, ad cruciatuum levamentum. Paullo poſt:* Cum conſiſteret peccator adverſum me, *dicere voluit, Id mihi quoq; in graviſſima ægritudine accidit, ut in me converſos & fixos multi oculos haberent, animo, & ingenio detrahēdi, aut in deteriorem partē rapiendi, ſi quas proferrē loquelas. Ea de cauſſa verbis abſtinui, ne quid*

mali

mali exempli præberem, aut ea dicerem, quæ dicendi materiam porrigerent. Obmutui, & humiliatus ſum à bonis, *Neq; bona neq; mala elocutus ſum, quamvis quæ eloquerer non deeſſent, & meam innocentiam oratione tueri poſſem. Adiungit denique,* Et dolor meus renovatus eſt, *quaſi ſuo ſilẽtio dolori materiam,* & *incrementum adiecißet,* & concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. *Quo magis enim ſuum intra pectus colligebat, & cõprimebat dolorẽ, eo magis, magiſq; æſtuabat, & vireſcebat adflictionis ignis.*

Poſtremo & morborum diuturnitas conſideranda: & quamdiu perduravere dolores, tãdiu quoq; conſtitiſſe Patientiã. Vnã enim, aut alterã horã continere ſe, & gemitu, aut eiulatu temperare viris prudentib⁹ alias factitatum. Sed tot annos articularij acerbitates pertuliſſe (fuerunt ſupra ſex, quibus pedibus inſiſtere, aut incedere numquam, aut ægerrimè potuit) tot febris hecticæ (& hi tres quoque ferme fuere) tam diu, tam atrocẽ, hac preſertim poſtrema valetudine, ſitim, adeo crudeles apoſtematis ex- *Morbi regu diuturnitas.* *& diverſitas.*

carni-

carnificationes, quæ ad viceſimum minimum diem continuarunt, tam graveſ capitis dolores, tam dura narium ex fœdis odoribus tormenta, ſuper vigilias, & inſomnia, neque tamen inter hæc tanta, & tam intolerabilia, atque incredibilia mala umquam animo conſternatum, aut immutatum, profectò argumentum eſt, ut etiam ſupra diximus, maioris fortitudinis, & admirationis quam ullæ aliæ ſuppeditent hiſtoriæ. Quandoquidem neque ille ſanctiſſimus Jobus verbis denique abſtinere potuit, quin illaſce in querelas tandem ſe effunderet; Tædet animam meam vitæ meæ. *Et,* Dimittam adverſum me eloquium meum. *Finem igitur huic libro facio, & ad ſecundum, qui de Regis Relligione eſt tranſeo, ad quem res non minus admirabiles, et memorabiles habemus.*

LIBER SECVNDVS

DE RELLIGIONE REGIS.

Vbi ſingulatim eius exercitia ſpiritualia, hoc præſertim morbo, ſacrarum Relliquiarum veneratio, Colloquia ſpiritualia, Lectiones que, Orationes, Meditationes, Eleemoſynæ, alia huius finis, inſignis omnia exempli, & emolumenti.

DE SACRARVM RELLIQVIArum Veneratione.

CAPVT I.

EXERCITIA, quæ habuit Rex toto hujus valetudinis tempore, in divini cultus zelo, ac relligione, & maximè

veneratione S. Crucis, ac ſacrarum relliquiarum inſignia plane, & admiranda fuere. Teſtatur enim Andreas Zamudius de Alfaro, pene eum quotidie, ab undecimo infirmitatis, juſſiſſe, ut ſibi aliquæ ſacræ relliquiæ adferrentur, eorum præcipue Sanctorum, quos eo uſque impenſius coluiſſet. Quas adlatas exoſculabatur, venerabaturque, tanto adfectu, & humilitate, ut fateatur Ioannes Gomezius de Sanabria, cum aliquando præſens hanc adeo præſtantem, in qua Rex verſabatur, virtutem contemplaretur, dixiſſe ſe, *Videtur Rex commeatum à multis Sanctis, ſuis amicis; accipere, diſcedereque ab eorum velle corporibus, ut illis in cœleſti gloria coniungatur.* Vno inter alios die, juſſit, ut F. Diegus de Yepe ab ejus confeſſionibus, F. Caſparus de Corduba à confeſſionibus Principis, & F. Garcias de S. Maria, S. Laurentij Prior, ad ſe ſacras relliquias comportarent, cum Eccleſiaſtica ſolennitate, ſacroque cultu, & amictu, præmonuitque unũquemque, quo paratior accederet, ad dicendum aliquid conſiderationis ſpiritualis. Acci-

dit hoc

dit hoc feſto die D. Dominici, attulitque alius brachium S. Vincentij, alius genu S. Sebaſtiani, tertius relliquias S. Albani, quas Regi miſerat Clemens VIII. Pontifex max. cum multis indulgentiis, & præcipue plenariâ in mortis articulum, eas proinde ſemper in eo altari collocabant, in quo Regi Miſſam faciebant. Quiſque antiphonam ejus Sancti, cujus relliquias adferebat, pronunciavit, orationemque habuit inſtituto convenientẽ. Cum denique eaſdem ſacras relliquias ore, oculiſque Rex excepiſſet, & veneratus eſſet, & apoſternati applicuiſſent, tum vero receſſiſſe, teſtatur idem Confeſſarius Diegus.

QVANTVM MOMENTVM SIT, & commodum in veneratione ſacrarum relliquiarum.

CAPVT II.

PLVRIMVM intereſt ut omnes perſonæ regiæ, ac principales hoc in relligionis cultu ac virtute præpolleant,

ſingularique adſectu, & veneratione res ſacras complectantur. Neque enim alia expeditior, aut certior via, qua ſibi quoque hominum amorem, & favorem concilient.

Vtilitas ex Dei cultu, & Sanctorum veneratione.
Lib. 1. Polit.

Hac namque ratione perſuadent ſibi populi omnes, Ariſtotele teſte, numquam illis injuſtitiam facturum regem, qui tanto in honore, & reſpectu Deum & Sanctos habeat. *Inde quoque alia utilitas. Vbi enim ſubditi vident, Reges, eo modo, ſanctas relliquias venerari, maiori & ipſi eas reverentia proſequuntur.*

Torres in Philoſoph. morali l. 2. cap. 3.

Quandoquidem, ut auctor eſt Philo, vulgus illi eſt eunucho ſimilis, qui Joſephum emit, qui ſcilicet neſcivit, aut non æſtimavit viri ſancti precium, priuſquam apud regem in honore ſummo animadvertit. Ita ferme plerique non intelligunt, quis cultus rebus divinis debeatur, antequam reverentiã, quam illis Primates & Principes præſtant, intueantur.

Multum movent exempla regia & principalia.
Exod. c. 13. Ioſue c. ult. Paul. ad Hebr. c. 11.

Hæc ipſa cauſſa fuit cur Moyſes, Ægypto egreſſus, per annos quadraginta in deſerto oſſa Joſephi circumtulerit, ut ea nempe ceteri omnes venerarentur, cum idem factitare Ducem ſuum conſpicerent. Et ipſi Moyſi in

deſerto

deſerto paſcēti præcepit angel⁹, ſolve calceamē- *Exo. cap. 3.*
tum de pedibus tuis, etenim locus in quo ſtas
terra ſancta eſt. *Quia erat ea terra pars mon-
tis Oreb in qua illi Deus apparuit. Idem man-
davit magno Imperatori Ioſuæ Michaël
Archangelus.* Solve, *inquit*, calceamentum *Ioſu. cap. 5.*
tuum, locus enim in quo ſtas ſanctus eſt. *Hie- Hiericho
richontis enim terram, in qua Ioſua conſiſte- terra ſacra*
*bat, conſecrari ſibi volebat Deus. Corp⁹ Moy- Deut. cap.
ſis Deus ipſe ſepelivit. Et quamvis S. Epipha- ult. Hæreſi
nius miniſterio angelorum ea in re uſum malit; nona ad fin*
*diſſentit tamen ab eo D. Hieronymus adverſus
Vigilantium, & Deum ſuis ipſum manib⁹ tu- Apolog.
mulaſſe Moyſen, veſpillonemq; eius ſancti cor- cōt. Vigil.*
*poris egiſſe adfirmat, ut qui hoc Dei factum
legeret oſſa illa pro ſacris relliquiis habenda in-
telligeret. Conſtantinus M. ut refert Theodo- Lib. 1. hiſt.
retus, Cocomonus, & Nicephorus, unum ex il- Ecc. cap. 18
lis clavum, quibus cruci adfixus fuerat Chri- lib. 2. ca. 1.
ſtus liberator noſter, quoſque Hieroſolymis cū lib. 8. ca. 28*
*Cruce Helena mater attulerat, freno equi ſui
impoſuit, eiusque virtute multis ex præliis vi-
ctor evaſit. Sicuti ante prædixerat Zacharias*

...eth. de ...ſ.

ut recte animadvertit Boethius, licet eadem ſit qualitas, & quantitas adflictionum, & moleſtiarum, quas patiuntur reges, & ceteri mortalium, perſonæ tamen regiæ multo magis adfliguntur, adficiunturque, quod ex delicatiori, atq; accuratiori educatione tactus ſenſum obtineant vivaciorem, & magis ſenſibilem. Exemplum in igne eſt, qui lino, ferroque admovetur. In iſto quidem nihil, aut parum proficit: at illud momẽto in favillas vertit, propter diverſam lini, ac ferri diſpoſitionem. His adiũgitur felicitas regum; propriæ item voluntatis arbitrium: poſtremo obedientia, & ſervitus, quam ab omnibus exigunt, & recipiunt. Hinc evenire ſolet, ut dolores parvi, pro magnis illis ſint, eiſque illam, qua perfruuntur, felicitatem ſubito adimant, & intervertant. Amplificat iſta, & confirmat doctiſſimus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis, cum eadem ſupplicia, & tormenta demonſtrat Aegyptiorum, & regis. Maiores tamen fuiſſe dolores regis, quod mollius quoque fuiſſet educatus, quam ceteri ſubditi regni, &

...gum ...agis ſenſi...les moles ...a, & ad...ctiones.

...licitas re...m.

...m 1. in ...od cap. ...q. 5.

in ampliori felicitate egiſſet, maiorique obedientia, & ſervitute ſuorum uſus eſſet.

Secundo & illud multũ perpendẽdum, quod infirmitates regis noſtri non ex illarum fuerũt genere, quæ ſtuporem partibus adfectis generant, quo attonitæ, & alienatæ dolorem minus percipiunt. Neque ex iis quæ ſenſum adimunt, aut rationis uſum, quales cordialis arthritis, paralyſis, phreneſis. Divinæ enim Providentiæ placuit ut & ſenſum firmum, perpetuumq; retineret, & rationem admodum validam, atque vivacem, quo & acrius graviſſimos dolores arthritidis, hydropis, vulnerum, febrium, reliquarum incõmoditatum perſentiſceret, & ex iis maius meritum ſibi cõficeret. *Qualitas infirmitatum regis.*

Tertio noluiſſe Deum ut hydropem, aut hecticam admodum confirmatas haberet. Sed ut ille novos quotidie humores colligeret; & iſta paulatim graſſaretur, in eumdem tamen effectum, & uti maiorem utrimque moleſtiam perciperet. Auctor eſt enim Galenus eos morbos plus doloris parere, ac moleſtiæ, qui nondum ſint cõfirmati. Dum enim partes ſolvuntur, & in iis *Morbi nondum confirmati maioris acerbitatis lib. 3. Epid. com. 3. c. 8.*

pus gignitur nativus calor excitos humores percoquit, unde naſcuntur tumores, dolores, febres. Vbi ab ea coctione calor deficit, confirmata eſt infirmitas, & doloris acerbitas lãgueſcit. Hoc quodam aphoriſmo Hippocrates voluit, cum ſcripſit. Dum pus conficitur dolores, ac febres accidunt magis, quam jam confecto. *Quæ omnia argumento ſunt regis dolores fuiſſe exceſſivos. Sed nullos ad tot, & tam acerbos dolores, fudiſſe eũ gemitus, queſtus, aut eiulatus, ut plerique alij ſolent mortalium, arbitror exemplum Fortitudinis, & Patientiæ omnium quæ demonſtrari poſſunt rariſſimum. Suſpiria enim, & genitus mitigant ex parte dolores, ut fuſim probat D. Thomas Aquinas. Ratio inter alias una, quod ore exſpiratur ex corpore pars humorum nocentium, à quibus dolor, evaporatque flamma, quæ cor excruciat, & aliquid ſubintrat auræ recentis quæ temperat, & refrigerat. Hanc eamdem rationem dat quoque in Problematis Ariſtoteles.* Dolores, *inquit*, vel omnes certe, vel plurimos calor adjuvat, quem profecto is auget, qui ſuum

Lib. 2. aph. 47.

Incredibilis regis Fortitudo & Patientia:

Queſtu et ſuſpiratu dolores mitigari.

D. Thom. 12. q. 38. art. 3.

cohi-

cohibet ſpiritum. *Huius Philoſophiæ manifeſtum experimentum in Slopetto, aut militari tormento, cuius os ſi obtures, & ignem iniicias, abſque dubio concrepabit. Tanto enim invaleſcit magis ignis, & exitum quacumque parte tandẽ molitur. Ita plerique adflicti, quibus in pectore graſſatur incendium, & cum dolore ipſo ſuccreſcit, neceſſario oris beneficio æſtui viam aperiunt, & lamentis, & querimoniis illam flammam molliunt, & labefactant.* Huic *rei ſuggerunt quoq; profanæ hiſtoriæ exemplũ, in muto filio Crœſi, qui cum videret militem ſtricto pugione, in Regem patrem invadentem, tantum inde dolorem concepit, ut cum pectore retinere non poſſet, linguæ denique vincula abruperit, & èruperit in vocem,* Homo ne perimas Crœſum.

Comparatio clara.

Exemplũ ab hiſtoria. Herodatus lib. 1.

Atque inde quoque colligitur, quantus fuerit pariter dolor Jobi, quandoquidem neque gemitus dare ei, neque vocem proferre, certo tempore, permiſſum fuit. Fatetur ipſe; Poſui frenum ori meo, *Quæ verba, eo, quem diximꝰ, modo interpretatur Philippus Presbyter. Sed*

Iobi patientia, & modeſtia.

Cap. 30. Philippus Presbyter ibidem.

Item Davidis Pſ.38.

multo expreſſius, & mirabilius in eamdē ſententiam regius Propheta David, ut regum exemplis potiſſimum utamur: Dixi, Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea, *ſive, cum in adverſitate, & adflictione me conſtitutum viderem, decrevi linguæ tamen meæ moderari, ne quid proloquar inter anguſtias, cuius poſtea pœniteat. Quandoquidem magnū dicendi, & queritandi dant miſeriæ argumentum, & arduum eſt linguæ temperamentum. Et inferius:* Poſui ori meo cuſtodiam, *ſive, ut Hebraicus habet textus,* Injeci capiſtrum, vel fiſcellam ori meo, *veluti diffidens, inquit, linguæ meæ, frenum, tamquam beſtiæ, impoſui, ne quid promeret alienum. Grande profecto tormentum, negare adflicto etiam gemitum, ad cruciatuum levamentum. Paullo poſt:* Cum conſiſteret peccator adverſum me, *dicere voluit, Id mihi quoq; in graviſſima ægritudine accidit, ut in me converſos & fixos multi oculos haberent, animo, & ingenio detrahēdi, aut in deteriorem partē rapiendi, ſi quas proferrē loquelas. Ea de cauſſa verbis abſtinui, ne quid*

mali

mali exempli praberem, aut ea dicerem, qua dicendi materiam porrigerent. Obmutui, & humiliatus ſum à bonis, *Neq; bona neq; mala elocutus ſum, quamvis qua eloquerer non deeſſent, & meam innocentiam oratione tueri poſſem. Adiungit denique,* Et dolor meus renovatus eſt, *quaſi ſuo ſilẽtio dolori materiam,* & *incrementum adieciſset,* & concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. *Quo magis enim ſuum intra pectus colligebat, & cõprimebat dolorẽ, eo magis, magiſq; aſtuabat, & vireſcebat adflictionis ignis.*

Poſtremo & morborum diuturnitas conſideranda: & quamdiu perduravere dolores, tãdiu quoq; conſtitiſſe Patientiã. Vnã enim, aut alterã horã continere ſe, & gemitu, aut eiulatu temperare viris prudentib' alias factitatum. Sed tot annos articularij acerbitates pertuliſſe (fuerunt ſupra ſex, quibus pedibus inſiſtere, aut incedere numquam, aut agerrimè potuit) tot febris hectica (& hi tres quoque ferme fuere) tam diu, tam atrocẽ, hac preſertim poſtrema valetudine, ſitim, adeo crudeles apoſtematis ex- *Morbi regis diuturnitas.* *& diverſitas.*

carni-

carnificationes, quæ ad viceſimum minimum diem continuarunt, tam graveš capitis dolores, tam dura narium ex fœdis odoribus tormenta, ſuper vigilias, & inſomnia, neque tamen inter hæc tanta, & tam intolerabilia, atque incredibilia mala umquam animo conſternatum, aut immutatum, profectò argumentum eſt, ut etiam ſupra diximus, maioris fortitudinis, & admirationis quam ullæ aliæ ſuppeditent hiſtoriæ. Quandoquidem neque ille ſanctiſſimus Jobus verbis denique abſtinere potuit, quin illaſce in querelas tandem ſe effunderet; Tædet animam meam vitæ meæ. *Et,* Dimittam adverſum me eloquium meum. *Finem igitur huic libro facio, & ad ſecundum, qui de Regis Relligione eſt tranſeo, ad quem res non minus admirabiles, et memorabiles habemus.*

LIBER SECVNDVS DE RELLIGIONE REGIS.

Vbi ſingulatim eius exercitia ſpiritualia, hoc præſertim morbo, ſacrarum Relliquiarum veneratio, Colloquia ſpiritualia, Lectiones que, Orationes, Meditationes, Eleemoſynæ, alia huius finis, inſignis omnia exempli, & emolumenti.

DE SACRARVM RELLIQVIARUM Veneratione.

CAPVT I.

EXERCITIA, quæ habuit Rex toto hujus valetudinis tempore, in divini cultus zelo, ac relligione, & maximè

veneratione S. Crucis, ac ſacrarum relliquiarum inſignia plane, & admiranda fuere. Teſtatur enim Andreas Zamudius de Alfaro, pene eum quotidie, ab undecimo infirmitatis, juſſiſſe, ut ſibi aliquæ ſacræ relliquiæ adferrentur, eorum præcipue Sanctorum, quos eo uſque impenſius coluiſſet. Quas adlatas exoſculabatur, venerabaturque, tanto adfectu, & humilitate, ut fateatur Ioannes Gomezius de Sanabria, cum aliquando præſens hanc adeo præſtantem, in qua Rex verſabatur, virtutem contemplaretur, dixiſſe ſe, *Videtur Rex commeatum à multis Sanctis, ſuis amicis, accipere, diſcedereque ab eorum velle corporibus, ut illis in cœleſti gloria coniungatur.* Vno inter alios die, juſſit, ut F. Diegus de Yepe ab ejus confeſſionibus, F. Caſparus de Corduba à confeſſionibus Principis, & F. Garcias de S. Maria, S. Laurentij Prior, ad ſe ſacras relliquias comportarent, cum Eccleſiaſtica ſolennitate, ſacroque cultu, & amictu, præmonuitque unũquemque, quo paratior accederet, ad dicendum aliquid conſiderationis ſpiritualis. Acci-

dit hoc

dit hoc feſto die D. Dominici, attulitque alius brachium S.Vincentij, alius genu S.Sebaſtiani, tertius relliquias S. Albani, quas Regi miſerat Clemens VIII. Pontifex max. cum multis indulgentiis, & præcipue plenariâ in mortis articulum, eas proinde ſemper in eo altari collocabant, in quo Regi Miſſam faciebant. Quiſque antiphonam ejus Sancti, cujus relliquias adferebat, pronunciavit, orationemque habuit inſtituto convenientē. Cum denique eaſdem ſacras relliquias ore, oculiſque Rex excepiſſet, & veneratus eſſet, & apoſtemati applicuiſſent, tum vero receſſiſſe, teſtatur idem Confeſſarius Diegus.

QVANTVM MOMENTVM SIT, & commodum in veneratione ſacrarum relliquiarum.

CAPVT II.

PLVRIMVM intereſt ut omnes perſonæ regiæ, ac principales hoc in relligionis cultu ac virtute præpolleant,

deſerto paſcēti pracepit angel⁹, ſolve calceamē- *Exo. cap. 3.*
tum de pedibus tuis, etenim locus in quo ſtas
terra ſancta eſt. *Quia erat ea terra pars mon-*
tis Oreb in qua illi Deus apparuit. Idem man-
davit magno Imperatori Ioſuæ Michaël
Archangelus. Solve, *inquit*, calceamentum *Ioſu. cap. 5.*
tuum, locus enim in quo ſtas ſanctus eſt. *Hie-* *Hiericho terra ſacra*
richontis enim terram, in qua Ioſua conſiſte-
bat, conſecrari ſibi volebat Deus. Corp⁹ Moy- *Deut. cap. ult. Hæreſi nona ad fin*
ſis Deus ipſe ſepelivit. Et quamvis S. Epipha-
nius miniſterio angelorum ea in re uſum malit;
diſſentit tamen ab eo D. Hieronymus adverſus
Vigilantium, & Deum ſuis ipſum manib⁹ tu- *Apolog. cōt. Vigil.*
mulaſſe Moyſen, veſpillonemq; eius ſancti cor-
poris egiſſe adfirmat, ut qui hoc Dei factum
legeret oſſa illa pro ſacris relliquiis habenda in-
telligeret. Conſtantinus M. ut refert Theodo- *Lib. 1. hiſt. Ecc. cap. 18*
retus, Cocomonus, & Nicephorus, unum ex il- *lib. 2. ca. 1. lib. 8. ca. 28*
lis clavum, quibus cruci adfixus fuerat Chri-
ſtus liberator noſter, quoſque Hieroſolymis cū
Cruce Helena mater attulerat, freno equi ſui
impoſuit, eiusque virtute multis ex prœliis vi-
ctor evaſit. Sicuti ante prædixerat Zacharias

Amb. de obitu Theo. Imp.

Conſtantini Imp. memorabile factum.

his verbis. Et erit in die illa, quod ſuper frenũ equi eſt ſanctum Domino. *Quæ S. Cyrillus & S. Ambroſius verba interpretantur de clavo crucis quem infixit freno equi ſui Conſtantinus, quaſi prædiceret, illo tempore, quo Conſtãtinus ſacras relliquias freno equi ſui adcommodabit, tantum incrementum relligio Chriſtiana faciet, omnes ut adoraturi ſint ſacrã Crucem, & Crucis clavos, rogaturique ut eorum virtute ſuis liberari mereantur calamitatib⁹. Quantum vero prodeſt hoc apud gentes omnes regum exemplum, tantum è contrario obeſt contemtus relligionis, & ludibrium, vt videre eſt in Balthaſare Babilonio, qui ob profanationem ſacrorum vaſorum, quæ Nabuchodonoſor pater ex templo Hieroſolymitano ſuſtulerat, regno privatus eſt, & vita, auctore Propheta Daniele.*

Supplicium Balthaſaris reg. Bab

Cap. 5.

DE CON-

DE CONSOLATIONE REGIS EX ſacrarum relliquiarum veneratione, & ab exemplo boni latronis.

CAPVT III.

MAGNA fuit conſolatio ſpiritualis, quam rex cæpit, ex verbis unius, qui ſacras ei relliquias attulerant, teſtante ſæpius citato Diego de Yepe confeſſario, quorum verborum ſumma fuit. Si bonus latro, ea de cauſa, quod Chriſtum, illo tempore, quo maxime ab Iudæis contemnebatur, & vexabatur, pro Deo, & Domino ſuo agnovit, reſponſum illud, quod à Deo accepit, promeritus eſt; confideret & ipſe, & pro certo haberet auxilium, & opem à ſanctis accepturū, quorum relliquias ſacras tanto opere coleret, & veneraretur, ea tempeſtate, qua hæretici adeo deſpiciebant, & conculcabant.

Ad hanc rem pauca quoque adferam in uſum, & oblectamentum lectoris. Inter Daniæ reges Canutus cognomento Magnus, qui poſ- ★ *Canutus rex Daniæ felicis. 5.*

ſedit

Crantz. li. c. 20. Polyd. virg. libr. 7. Beyius de ſten. li. 20. ſigno 49.

ſedit Sueciam, Gothiam, Norduegiam, Daniam, Friſiam, Nordmanniam, Franciam, & Galliam feliciſſimus fuit in vita, & morte, eorum regum omnium quicumque in partibus Septemtrionis imperiũ habuere, quia & relligioſiſſimus fuit, & deſenſor fidei, & ſacrarũ reliquiarum maximus, quo tempore ab impiis, et hæreticis conterebantur maxime, & irridebãtur. Et has quidem tanti fecit ut Romam uſq; perrexerit ad inviſendũ D. Petri, & D. Pauli ſacellum. Inter Iudæorũ reges ſi quis alius Deo & hominibus gratiſſimus fuit Ioſias, de quo libro Eccleſiaſtico Spiritus Sancti memorabile teſtimonium, & encomium. Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarii, in omni ore quaſi mel indulcabitur ejus memoria, & ut muſica in convivio vini. Ipſe eſt directus divinitus in pœnitentia gentis, *quã ab idololatria revocavit*, & tulit abominationes pietatis, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem, *cultum divinum, & ſacrarum relliquiarum venerationem. Quanto enim in honore is quoque oſſa ſanctorum habuerit,*

Ioſias rex relligioſ. et Deo accepτiſſ. Lib. 4. Reg. et 2. Para. c. 34.

rit, teſtatur hiſtoria regum, ubi etiam eius edi-ctum proponitur de Prophetarum monumen-tis. Nemo commoveat oſſa ejus, & intacta manſerunt oſſa illius, cum oſſibus prophetæ, qui venerat ſe Samaria, *& prædixerat geſta eius trecentis quinquaginta ſex annis, quam acciderent.* Id accidit cum mundavit Iudam & Ieruſalem ab excelſis, & lucis, ſimulacriſq;, & ſepulcris. *Denique tantus fuit, & tanta rel-ligionis, ac pietatis, ut conteſtetur eadem ſacra ſcriptura.* Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in univerſa virtu-te ſua, juxta omnem legem Moyſi, neq; poſt eum ſurrexit ſimilis illi.

Ioſiæ ſumma laus. reg. 4. c. 23

DE REGIS DEVOTIONE IN uſu aquæ benedictæ.

CAPVT IV.

CONFIRMANT iidem teſtes ſingularem fuiſſe regis devotionem in uſu aquę benedictæ, qua ordinarie u-

tebatur,& ea vultum, & alias corporis partes conſpergebat. Neq; umquam conceſſiſſe cubitum quin prius ea ſe luſtraſſet,& veluti ſanctificaſſet.

* *Vim habet aqua benedicta delendi venialia peccata,ut multi probãt Doctores Theologi,à quib⁹ tantũ rex abhorrebat, ut ea ſe ordinarie tingeret, ne illorum etiam macula adhæreret.*

Vis aquæ benedictæ. D Thom. in 4. diſt. 12. & 3.p. q.65.art.1 ad 6 Hugo de S Vict. de Sacrament. Soto in 4 diſt. 15.q.2.art 3 Terracremat.de aq bened.c.5. 6 7.

DE DEVOTIONE REGIS IN LEgendis libris ſpiritualibus, & audiendis de Deo, & divinis rebus alloquiis.

CAPVT V.

DISPOSVERAT Deus ſecundum ſuam divinam voluntatem, referunt hujus relationis teſtes, in eum modũ regem, ut ad laborum ſuorum levamentum plurimũ adficeretur, & erigeretur lectione, q̃ de Deo haberetur; deque confidentia erga ejus divinam miſerationem, & iis plurimũ animaretur exemplis, quæ Chriſtus ſuo in Evãgelio

gelio propoſuit,& ſingulatim memoravit D. Lucas,de filio prodigo, de diagma, de ove pdita. Quoq; propius ad mortem accedebat, eo magis deſiderium ejus generis res audiendi accendebatur , ita ut neque interdiu, neq; noctu laſſaretur,multo etiam minus duabus poſtremis noctib⁹, adeo,ut licet rogarēt,paululum conquieſceret ,obtinere ab eo tamen non poſſent,feſſiſq; omnib⁹ qui aderant, nūquam ipſe percipiēdis rebus ſpiritualibus ſatiaretur,aut fatigaretur.

Fames hæc,& ſitis verbi divini, qua rex tenebatur unum eſt ex prædeſtinationis ſignis. Clarum teſtimonium apud D. Joannem verbis Chriſti liberatoris noſtri ad Phariſæos. Qui ex Deo eſt , verba Dei audit, propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis. *Et alibi.* Qui non eſt ex Deo nos non audit. *S.Gregorius Pontif. ita hæc loca interpretatur. Certumque prædeſtinationis ſignum adſerit audire cum guſtu,& deſiderio verbum Dei. Eodem quoque ſenſu exponit D.Bernardus. Qui plura*

* *Prædeſtinationis ſignū* *Ioan.ca 8*

4 Reg c. 4

Lib.12.c.15 *velit ad hanc rem apud doctiſ. Andream de Vega reperiet, in iis libris quos compoſuit ſupra Concilium Tridentinum.*

DE EADEM REGIS pietate.

CAPVT VI.

QVODAM ex poſtremis die, cum ejus confeſſarius verba faceret de filio prodigo, de paralitico, de Maria Magdalena, exponeretque favores, quibus Chriſtus liberator noſter peccatores eſt proſecutus, eum quoq; memorabilem adfirmavit, quod numquam prius peccati meminerit, quam veniæ, & remiſſionis. Paralitico enim dixit, *Confide fili remittuntur ſibi peccata.* Et Mariæ Magdalenæ, *Remittuntur tibi peccata.* Alibi. *Remiſſa ſunt ei peccata multa.* Forma quoq; abſolutionis quam Apoſtolis dedit, fuit, *Quorum remiſeritis peccata.* Ita ut ſemper prius remiſſionis, & veniæ mentionem fecerit, quam peccatum nominaverit. Idq; ea de cauſſa, ne nimium

nimium peccatores turbarentur, ſi ante peccatum, quam veniam pronunciaſſet. Cum hæc, & id genus apud Regem confeſſarius expoſuiſſet, ut teſtatur ipſe, ne progredi poſſet grave accidens impedimentum interpoſuit. Poſt duas tamen horas ait revocari ſe juſſum, & inſtitutam de venia, & remiſſione peccatorum materiam continuare, feciſſeq; cum magna devotione Regis, & ſatisfactione.

His ab exemplis, Prodigi, & Magdalenæ, quibus tantopere Rex recreabatur, duo videor poſſe colligere. Alterum, profundam Regis humilitatem, qui poſteaquam tot, & tanta pertulit, tamque largam pœnitentiam fecit, ſibi tamen æque magnus peccator videbatur, atque fuerat quilibet horum. Alterum, quod ſuam ipſe ſpem talibus exemplis ſuſtentaverit, & corroboraverit, ad imitationem regij Prophetæ, Cuius ſunt ad Deum preces: Ne projicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam Salutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cõvertentur,

Profunda humilitas Regis.

Pſal. 50. & ibi B. Hilarius.

 cum

cum videbunt te, tam magno peccatori, qualis ego ſum, peccatorum gratiam feciſſe. Adfirmat D. Paulus, ſibi peccata remiſſa, cum inter peccatores facile principem locum teneret, eam ob cauſſam, ut reliqui ad converſionem facilius adducerentur, cum perſecutorem Eccleſiæ etiam in gratiam receptum intelligerent.

DE LIBRIS SPIRITVALIBVS, ET Piis, quibus Rex uſus.

CAPVT VII.

FR. DIEGI de Yepes confeſſarij regij teſtimonio, & judicio, illud quoque conſideratione dignum, quod valde Rex delectaretur per eoſdem dies lectione libri, nuper ex Latina, in Hiſpanicam linguam converſi, cui titulus, *Ludovicus Bloſius*, cũq; ſibi ab eo legi jubebat, & ab aliis, præcipue vero ab Sereniſſima Infante Iſabella, filia ſua cariſſima, quæ ad hoc ei exercitium frequentiſſima aderat, & certa loca, ab eodem confeſſario in hunc finem p̄notata erãt, ejus juſſu

legere ſolitabat. Præcipue vero adficiebatur cum hæc, quæ infra poſita ſunt, legerentur verba, ex Enchiridij parvulorum libro II.

DE ANGVSTIIS, QVAE FATIGANT in hora mortis, & conſideratione Purgatorij, in quibus ſe Rex exercuit.

CAPVT VIII.

FOrte hoc te angit, ꝙ ignores quomodo te migrãtem Deus excepturus ſit, utrũ ad æternã Paradyſi requiem, an ad tranſitoriam purgatorij pœnã. Non eſt neceſſe, te aliquid horum ſcire. Sicut tibi placet dulcedo divinæ miſericordiæ peccata dimittentis: ita diſplicere non debet pulcritudo divinæ juſtitiæ peccata expiantis. Perfecti viri, quo dignius emendare poſſent, quidquid in benigniſſimum redemptorem ſuum commiſerunt, parati eſſent, non ſolum ad purgatorium, verum etiam ad infernum deſcendere, ſi divinæ juſtitiæ decor id omnino exigeret. *Lu. Bloſius li. 2. Ench. parv. c. 4.*

Iſta

Iſta certitudo tibi ſufficiat, quod habeas Dominum piiſſimum, qui & poteſt, & vult ſalvare te, ſi humiliatus confidas in eo, non in te. Multum illi placemus, quando voluntatem ejus ita diligimus, & providentiæ ipſius tam plena fiducia nos in ſpiritus humilitate committimus, ut etiam neſcire gaudeamus, quid ipſe circa nos agat. Tu igitur ejus diſpoſitioni te ſolum credens mortem lętus exſpecta. Qua præſente, egredere ſecurus ad patrem clemētiſſimum exoptans ut non minus in æternitate, quemadmodum in tempore, utatur te quēadmodum voluerit. Egredere, inquam, non tamquam carceri ab eo crudeliter mancipandus, ſed tamquam ſinu miſericordiæ piè ſuſcipiendus, atque fovendus. Quod attinet ad Purgatorium, ſanè illæ quoque animæ, quæ non admodum multa purganda ſecum hinc deferunt, dolent plurimum, quod non ſatis pure vixerint, unde & à perfectis regni cœleſtis gaudiis percipiendis retardari debent, quę retardatio eas valde adfligit. Nam corporibus exutæ, cum jam Deum clariori intellectu co-

De Purgatorio notabilia.

gnoſcāt

gnoſcant,quam hic cognoſcebant, ob idque avidius eum appetant,non poſſunt non vehementer cruciari ex dilatione tam ineffabilis boni.Licet vero pœnas ſuas (quib⁹ juxta modum culparum nondum expiatarum torquētur) non ament,nequaquam tamen eas invite tolerant:neque enim voluntatem à Deo averſam habent, ſed libenter divinæ juſtitiæ conſentiunt, certe de adipiſcenda poſt earūdem pœnarū finem æternæ beatitudinis gloria certæ ſunt,nec ad hanc vitam,in qua multa peccandi pericula ſunt,redire vellent. Sed &,ut ita dicamus,ſi liber eis pateret introitus ad ipſum regnum, certe cum gratioſa reverentia ſubducerēt ſeſe,& ingredi nollent quouſque per plenam purgationem tanta felicitate dignæ redditæ forent, ſciētes nihil inquinatum illi ſummę puritati perfecte conjungi, copularique debere. Quælibet earum dicit id quod fidelis quiſque in tribulatione conſtitutus dicere ſolet,videlicet,*Iram Domini portabo,quia peccavi,donec cauſſam meam iudicet, & faciat iudicium: Exſpectabo Deum ſaluta-* Micheas 7

rem

rem meum, educet me in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Porro pius, & ſuavis Dominus ipſas electorum animas, quas poſt mortem carnis adhuc purgare neceſſe eſt, in tantum diligit, earumque liberationem tam ardenter deſiderat, ut ſi nos benigna charitate moti, pro illarum abſolutione fideliter precemur, & adorandā ſancti altaris hoſtiā, ſive merita Chriſti Ieſu, vel pſalmodiam, aut quælibet alia ſalutaria offeramus, peragamuſque, hoc non minus gratum habeat, quam ſi eundem Dominum noſtrum carcere concluſum conſolationibus relevare, atque adjutorio liberare

Matth. 25. ſtuderemus. Ipſe enim dixit: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Ita finit Bloſius, ex quibus ejus verbis magna Rex adfectus ſpiritiali conſolatione, quam proinde, ut aliis, tali occaſione, uſuj eſſe poſsit, adjunxi, cum nonnullis aliis cap. ſequentium.

DE CONFORMITATE REGIS cum voluntate Divina.

CAPUT IX.

LEGERAT unum, ut ante ſæpius, ex eodem Bloſio confeſſarius capitu-

lum, in quo multa de reſignatione ſui integra,& perfecta is tractat auctor, proponitq; & inculcat,Chriſti Liberatoris noſtri in horto verba: *Pater, non mea voluntas, ſed tua fiat.* Ex quibus quoque verbis pius Princeps tantam devotionem hauſit, ut eadem per hanc valetudinem infinitis vicibus repetiverit, adeo magna ejus cum divina voluntate conformitas fuit.Denique cum hæc ipſa verba in ejus corde generarunt effectum, ut mori vellet,ac deſideraret. Quod illi quidē idem ipſe confeſſarius prædixerat, fore ut dolores finem non acciperent, donec ad hanc conformitatem, & reſignationem ſui perfectam perveniſſet.Dediſſe enim illos Deum, ut in hac vita iis perpurgaretur, & ad hanc diſpoſitionem redigeretur.Fuit vero tanta hæc Regis conformitas, ut ei dicere coràm idem confeſſarius non ſit reveritus, *ſibi in votis eſſe & cupere, ut moriatur, ne ſi convaleſceret, mutaretur ea reſignatio, quam ex manu Dei procedere ſciret.* Quod quidem ejus dictum, votumque, non modo non ægre Rex accepit, ſed pro gratiſſimo habuit, juſſitque porro in Bloſij lectione

pergere,quod & præſtitit,eodemq; libro modum facilem memoravit obtinendi ſincerũ amorem Dei. Ceterum haut parvam etiam conſolationem capiebat ex Pſalmo quadrageſimo primo, Cujus initium, *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus*. Quem, teſte eodem Confeſſario, ſæpius ſecum commemorabat, recitabatque, & ſpatium interponebat, quoties ad illa verba accedebat, *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quãdo veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Neque hoc conſiderationis intermiſerim, hac in conformitate Regis, & reſignatione. Cum ei ſæpius nominatus Confeſſarius Paſſionem Chriſti ab Matthæo conſcriptam, ingeniculatus, & voce alta prælegeret, die transfigurationis Domini, eo tempore, & ſpatio, quo ferro apoſtema aperiebant, quod quidem, ſi cruciatum ſpectemus, non erat aliud, quàm ab hac vita expediri, an exturbari, juſſit Rex, ut & ipſe paullulum ſubſiſteret, ad eadem illa ſuperius allata verba, *Pater, non mea voluntas, ſed*

tas,ſed tua fiat. Cum denique chirurgi officium feciſſent, voluit ut Deo gratiæ agerentur. Reſponderuntque omnes nobiles, medici, chirurgi regiæ Camaræ. *Amen.* Manſit ex eo rex animo quieto, & tranquillo. Exemplũ profecto ſolamenti alloquiique, ac exercitii, quale relligioſum nullum, nullum heremitã uſurpaſſe, aut dediſſe demonſtrat, creditque Ioannes Gomezius de Sanabria.

DE CONSOLATIONE QVAM rex accepit ex lectione Paſſionis Dominicæ ſecundum Matthæum, cum apoſtema ſecaretur conſideratio pia.

CAPVT X.

AB ipſo mundi ortu, viri ſanctitate præſtantes, quib⁹ revelata fuit Salvatoris noſtri Paßio, eo ſunt medio uſi, ut quoticſcumque ſe anguſtiis, & calamitatibus circumventos, oppreſſoſque viderent, in memoriam ea revocarent, quæ Chriſtum per peſſurũ * *Viri ſancti memoria paſ. Chriſti ſuos labores faciles reddebant.*

 ſcirent,

ſcirent, ne proprias ſentirent, dum Chriſti miſerias præciperent, quem ſeipſis multo cariorē haberent. Hoc medium, & remediū uſurpavit S. Iob, ſuis in extremis doloribus. Ita enim ſeipſum conſolatur, Scio enim quod redemptor me⁹ vivet *vitam mortalē*, & in carne mea videbo Deū *adflictum, vulneratum, vexatum, ſicuti ego nunc ſum. Ad quem locum ſcribit D. Gregorius pontif. Iobū nō ſenſiſſe ſuos, dū Chriſti cruciatus meditatur, & veluti præſentes intuetur. Quāvis enim verbū* videbo *de futuro ſit, lingua tamen originali, in præſenti eſt. Idem accidit Abrahæ, cū iuſſu cœleſti ad ſacrificandū Iſaac proceſſit. Aperuit n. illi Deus in eumdem montē crucem humeris ſublaturum Dei filium, in quem tunc lignis onuſtus Iſaac adſcenderet, cui etiā monti nomen impoſuit* Domin⁹ videbit, *quod interpretatur D. Auguſtinus, in hoc mōte videbitur De⁹ adflictus, ſicuti nunc meus filius. Septuaginta Interpretes verterunt* In monte Dominus apparuit, *quæ Auguſtinianæ ſententiæ magis conſentiūt. Vnde & Chriſt⁹ ad Phariſæos.* Abrahā pater veſter exultavit, ut videret.

Revelatio facta Iobo. Iob. cap. 19

Item Abraha.

Gene. c. 22.

Lib. 16. de Civ. ca. 32

Ioan. cap. 8.

deret diē meū, vidit, & gaviſus eſt, *nullamq́ ex ſacrificio filij accepit moleſtiam, et mœrorē dum meam, ſpiritu prophetico, cōtemplatum mortē. Ita D. Chryſoſtomus. S. Bruno Eruipolenſis,* Brunus pſal.60. *Epiſcopus, verba pſalmi ſexageſimi*, Cum ipſo ſum in tribulatione, *ſignificare tradit, adeſſe Chriſtum, et ſimul pati, cum quocumque iuſto, qui patitur. Veteris enim, novaque legis obſervatores ſubito recurrunt ad ea quæ Chriſtus eſt paſſus, & eo modo propria mala, vel non percipiunt, dum illa in immentum mare eius cruciatuū devoluūt, aut pro Chriſti amore levia, et tolerabilia ducunt. De Moyſe adſerit D. Paulꝰ* ad Hebr. cap.11. Maluiſſe adfligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere jucunditatem, & majores divitias ęſtimaſſe theſauro Aegyptiorū improperiū Chriſti. *Plenū vetus iuxta novū teſtamentū, harū de Chriſti paſsione meditationum. Ipſe de ſe Paulꝰ*, Nos aūt, *inqt*, p̄dicamus ad Corin.1. cap.1. Chriſtum crucifixū, *tāquam cōmune & efficaciſsimum rebꝰ adflictis remediū Ita quoq́ rex, tanq̄ prudēs, et piꝰ princeps in ſublevamentum ingētis illiꝰ tormenti, quod ex ſura ſectura opperieba-*

riebatur, ad Chriſti Paſſionem ſe convertit, in eiusque contemplatione, & magnitudine ſuos ipſe cruciatus depoſuit, & veluti ſubmerſit.

ORATIO QVAM SAEPIUS CVM Confeſſario ſuo, ut ipſe teſtatur, rex repetivit.

CAPVT XI.

Ex Cimeliarchio preculariũ Bloſii.

EHEV dulcis IESV ego omni tempore vitæ meæ in te benigniſſimum creatorem, & redemptorẽ meum ingratus fui, teq; graviter offendi, veteribus delictis nova ſemper cumulans. Gratiam tuam multis modis impedivi, & dona tua deſtruxi, non ſervans ea integra, neq; ex eis digne proficiens. Fateor prorſus indignus ſum filii nomine: verumtamen te patrem meum eſſe agnoſco. Tu es verus pater meus, tu es tota fiducia mea: tu es fons miſerationum inexhauſtus, qui ſordidos confugientes ad te non repellis, ſed abluis. Ecce, o ſuaue refugium meum, ecce ego omnium creaturum tuarum peri-

peripſema venio ad te, nihil mecum adferens prçter peccatorum ſarcinas. Humiliter procido ad pedes pietatis tuæ, humiliter imploro tuam miſericordiam; ignoſce mihi, obſecro, o ſpes mea certiſſima, & ſalva me propter ſanctum nomen tuum. O dulcis Ieſu ego in remiſſionē omnium peccatorum meorum offero tibi ſtupendam illam charitatem quo tu Deus æternæ majeſtatis, homo paſſibilis pro nobis fieri, & pluſquam triginta annis inter multiplices labores, ærumnas, atque perſecutiones fatigari non dedignatus es. Offero illum mœrorem, illum ſanguineum ſudorem, illas anguſtias, quibus in horto adflictus fuiſti, quando patrem fixis terræ genib⁹ orabas. Offero ſummum illud patiendi deſiderium, quo flagrabas, quando teipſum inimicis tuis ultro obtuliſti capiendum. Offero vincula, verbera, improperia, convitia, blaſphemia, alapas, colaphos, ſputa, atq; alia genera injuriarum, quas in domo Annç, & in domo Cayphç per totam noctem paſſus fuiſti. Hæc tibi offero gratias agens, roganſq; immenſam pietatē

tuam, ut horũ meritis me purifices, & tibi placentem reddas, atq; ad vitã æternam ꝑducas.

O dulcis Ieſu ego pro univerſis iniquitatibus meis, offero tibi inauditã illam ignominiam, quã ſuſtinuiſti quando cæſus, conſput⁹, ac vinctus mane ducebaris ad Pilatũ, deinde à Pilato ad Herodem, rurſumq; ab Herode, ad Pilatum. Offero illud tuũ ſanctum ſilentium, quo humiliter tacuiſti ad illatas contumelias, & injurias. Offero contemptũ tui, & ridiculæ veſtis ꝓbrum, quo ab Herode affectus fuiſti. Offero acerbiſſimã illam pœnã q̃ perpeſs⁹ es, quando ad columnam ligat⁹ dire flagellabaris. Offero ipſorũ flagrorũ ſulcos, & purpurei ſanguinis rivulos, è ſanctiſſimis membris tuis undiq; proſilientes. Hæc tibi offero gratias agens, roganſq; immenſam pietatem tuam, ut horum meritis me purifices, & tibi placẽtem reddas, & ad vitam æternam perducas.

O dulcis Ieſu ego ꝓ univerſis delictis meis offero tibi ineffabilem illam patientiam, quã exhibuiſti, quãdo veſte coccinea in majus ludibriũ indutus, ſpinis coronabaris, nugatorie

ſalu-

ſalutabaris,impie cōſpuebaris, alapis, & arũdine cædebaris,ante tribunal ſtatuebaris, injuſte dãnabaris,demumq; ad calvariæ locum crucem propriam bajulans ignominioſe protrahebaris. Offero dolendam illam ſacratiſſimi corporis tui fatigationem, & laborioſos pedum tuorum greſſus,atq; graviſſimã humerorum tuorum preſſuram. Offero ſudores, ſitim,& cætera omnia,q̃ mitiſſimo,prõtiſſimoque corde mei cauſa tunc pertuliſti. Hæc tibi offero gratias agens,roganſq; immẽſam pietatem tuam, ut horum meritis me purifices, & tibi placentem reddas, atque ad vitam æternam perducas.

O dulcis Ieſu ego pro univerſis ſceleribus meis, offero tibi atrociſſimos illos dolores, quos paſſus es, quando ſanctiſſimi corporis tui vulnera veſtimentorum detractione innovabantur, quando man⁹, & pedes tui cruci affigebantur, quando mẽbrorum tuorum compages ſolvebantur, quando p̃cioſus ſanguis tu⁹ è vulneribus tuis, veluti è fontib⁹ largiter proflues fundebatur. Offero ſingulas il-

lius roſei cruoris guttas. Offero inexplicabile illam manſuetudinē, qua iniquorum tibi inſultantium ꝓterviam patientiſſime toleraſti. Hęc tibi offero gratias agens, rogansq; immēſam pietatem tuam, ut horum meritis me purifices, & tibi placentem reddas, atque ad vitam æternam perducas.

O dulcis Ieſu ego pro univerſis culpis, vanitatibus, & negligentiis meis, offero tibi incōprehenſibiles illos cruciatus, quos pertuliſti, quando anguſtiis totus expoſitus, miſerabiliter in cruce pendebas, medius inter latrones, & quando vehemētiſſima ſiti æſtuans, aceto potabaris. Offero benigniſſimam illam miſericordiam, qua tu caput venerandū inclinās, pro nobis emiſiſti ſpiritū. Offero precioſum illum ſanguinem, & ſalutiferam illam aquā, quæ de latere tuo lancea cōfoſſo effluxerunt. Hæc tibi offero gratias agens, rogans que per immenſam pietatem tuam, ut horum meritis me purifices, & tibi placentem reddas, atq; ad vitam æternam perducas.

O dulcis Ieſu ego in perfectam remiſſionē

omnium offenſarū, quas in te, quovis modo hactenꝰ admiſi, offero tibi totam redēptionis noſtræ diſpenſationem, quā peregiſti. Offero Incarnationem, Nativitatem, Converſationem, Paſſionem, ac mortē tuam. Offero quicquid in glorioſiſſima genitrice tua Virgine Maria, & cæteris Sanctis umquā tibi placuit. Eja, ſuaviſsime Ieſu, ſatisfaciat, quæſo, pro peccatis meis coram Patre tuo ſumma innocentia tua. Totam vitam meam nimis indignam, ac ſceleratam puriſsima ſindone meritorum tuorum involve, ut mea, quæ immunda ſunt, tuis copulata mundentur, & quæ in me imperfecta ſunt, tuis unita, perficiantur ad laudem nominis tui.

DE VTILITATE, QVAM LIBRORUM ſpiritualium lectio conferre ſolet.

CAPVT XII.

PRÆTERITIS capitibus expoſuimus ad verbum ea, quæ pronunciarūt huius teſtes relationis, de ſolatio & vo-

luptate, quam percepit Rex, hoc tempore, ex lectione librorum ſpiritualium, ac ſingulatim Ludovici Bloſij. Ad quam rem viſum eſt operæ precium ſi pauca adiungam, & quantam conſolationem anima pia, et devota ex piorum librorum lectione recipiat oſtendam. Hoc ſolamenti genus præcipue adhibuerunt magni illi ductores Machabæi per multa exilia, varias perſecutiones, amicorum, parentumq; ſuorum à ſe defectiones. In illa enim Epiſtola quã Ionathas ſacerdos ad Lacedæmonios confederatos ſcribit, ſolos ſibi ſanctos libros ſolatio relictos, quos in manibus haberẽt, adfirmat, quorum lectione in laboribus animarentur. Funguntur libri pij prædicatorum ſecretiorum officio: ſunt ij doctores cubicularii, & intimi, tanto magis audiendi, quanto minori ſtrepitu inſtruunt, & commonefaciunt, veri, & ſinceri conſiliarii, ut qui ea quæ proferre ceteri non audent, libere ipſi aperiant, & proponant, abſq; ſpe, & abſq; metu. Denique inter alia commoda, arma quoq; ſuppeditant ad omne laborum genus. Alfonſus V. Rex Arrogoniæ, qui Neapolin ſuo adiecit im-

Conſolatio Machabæorum c. 12.

Libri ſunt doctores cubiculary.

perio,

perio, dicere ſolebat, nullos ſe fideliores, aut veriores confeſſarios, an conſiliarios habere, quam libros. Cognovit horum quoq; vim armorũ, & efficaciam Henricus VIII. rex Angliæ, qui cũ patres Carthuſianos, ut memorat ſua in hiſtoria doctiſsimus Ribadeneyra, in ſuos errores traducere conaretur, & intelligeret ſe, multis licet illatis moleſtiis, & vexationib⁹ conſtantiſſime tamen repelli, poſtremo iuſsit, ut libris omnib⁹ bonæ & ſanæ doctrinæ exuerentur, rat⁹ his veluti propugnaculis ſpoliatos poſſe facilius quo vellet impelli. Sed ſecus accidit. Sancti enim illi martyres iam libros, quos adimebat, memoriæ commendaverant. Idem Iuliani Apoſtatæ conſilium fuit cum libros Catholicos omnes condamnavit. Non item Ptolemæi Philadelphi regis Aegyptii, qui ex Hebraica in linguam Græcam cõverti ſacras literas magno ſumtu curavit, ut iis ſuam regiam bibliothecam ditaret, & condecoraret. Sicuti quoq; rex noſter fecit, qui duab⁹ bibliothecis altera typis cuſorum; altera librorum ſcriptorum manu, quas ad D. Laurentii diſpoſuit, ita Hiſpanias auxit, & exornavit,

Dictum Alfonſi V. Arrag. memorabile.

Ribad. li. 2. cap. 27.

Carthuſiani in Anglia libris privati.

Iuliani interdictum de libris Catholicis.

Niceph. 10. Eccl. hiſt. cap. 25.

Bibliotheca Philadelphi reg. Aegyptij.

Item Philippi II. ad S. Laurentium

ut di-

ut ditiores & excellentiores non facile reperiã-tur. Libro converſus eſt Eunuchus reginæ Candacis Æthiopiſſæ, quem in patriam redeuntem, cum, accepta de eo revelatione, in itinere D. Philippus conveniſſet, & legentem in curru Iſaiæ Prophetias offendiſſet, eaque, quæ non intelligebat, expoſuiſſet, tantum erga Chriſtum crucifixum in eo ſuſcitavit adfectum, ut baptizari continuo voluerit. Eius poſtea quoque opera tota Æthiopia ſuperior, quam Precioſi Joannis vocant, converſa. Libro pariter in meliorem mutatus D. Auguſtinus, qui, apertis D. Pauli Epiſtolis, cum in ea verba incidiſſet, Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione, ſed induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *extemplo errores ſuos deſeruit, & ad Chriſtum rediit. Eadem Scriptura ſacra Ioſiam Zelo ſancto accendit, ad illam, quam in templo Hieroſolymitano reformationem fecit ſuſcipiendam. Motus & lectione capitis quarti, & quadrageſimi Iſaiæ Deum Iſrahel Cyrus adoravit, teſte Ioſepho, &*

Converſio Eunuchi æthiopis ex lectione Act. 8.

Item D. Auguſtini lib. 8. conf.

Rom. c. 13

Reformatio Ioſiæ. lib. 4. Reg. cap. 23.

Converſio Cyri lib. 11. antiq. c. 1.

Iudæis captivis libertatem conceſſit. Eadem lectione magnum fructum apud eumdem populum in Babilonia captivum, Baruch Propheta fecit, & ad agendam pœnitentiam perduxit, Fleverunt, orarunt, jejunarũt multos dies. *Eo tempore, quo revocare rex Ioſaphat conſtituit regnum ſuum, ad obedientiam Dei, & cultum, non iudicavit remedium præſentius, quam ſi ad hunc divinum librum pellegendum adduxiſſet. Ideo Levitas, & Sacerdotes per provincias dimiſit, qui lectorum, & doctorum officium præſtarent, quique ſimul, periculum, in quo verſarentur oſtenderent. Ea res egregium emolumentum attulit audientibus, quorum deinceps emendatio vitæ magnam felicitatem, atque opulentiã regno conciliavit Paulus de S. Maria, ex Iudaiſmo, huius ſacri libri auxilio, ad Catholicam fidem conceſſit, & in Epiſcopum Carthaginenſem, & deinde Burgenſem, unde Burgenſem vulgo cognominarunt, evaſit. Percommode ad hoc inſtitutum Laurentius Iulianus:* Si te caro nequam titillat, atque ſollicitat, ſi proſpera in adverſam fortunam

Baruch c. 1, & ſeq.

Ierem. 45.

Paral 17.

In inter. conſl. c. 11.

mutatur, ſi maledicunt tibi homines, ſi bona temporalia deficiunt, ſi turbantur elementa, ſi comminatur peſtilentia, ſi dolet corpus, ſi in propinquo mors ſita, in libris ſacris ad hæc omnia mala ſunt remedia, & ſolatia. *Sed tamen, ut maioris ſit lectio fructus, & commoditatis, non debet ea eſſe, quod monuit D. Ambroſius, præceps, & properata, ſed lenta, & conſiderata, ut ſolitabat Rex, qui lectione non contentus, ea ſecum repetitum, & rememoratum ibat, quæ Confeſſarius prælegerat, quo tenacius animo inhærerent; exemplo bovis, qui ruminando conceptum cibum perficit. Ita beatiſsima Virgo Maria, quam* omnia verba in corde ſuo conſervaſſe *D. Lucas eſt auctor.*

Serm. 7. in Pſal. 118.

Cap. 2.

DE ELEEMOSYNIS, ET ALIIS caritatis operibus Regis.

CAPVT XIII.

HIS item diebus non minus alia inſignia pietatis, & caritatis opera Rex exſecutus eſt. Eleemoſynas enim frequentes

quentes fecit, virgines orphanas dotibus e-locavit, viduis opitulatus eſt, novenaria Miſſarum celebrari juſſit, alia id genus multa præſtitit, teſte, præter ceteros Camararios, Ioanne Ruize de Velaſco, cujus præcipue in his rebus operam adhibuit, tamquam pecuniæ regiæ Camarariæ curatoris. Et hæc tamen omnia ultra alias eleemoſynas grandiores, quas aliorum miniſterio erogavit, in primis Archiepiſcopi Toletani, qui circiter viginti ducatorum millia ad differentes neceſſitates ab eo diſtribuēda accepit. Nā Confeſſarij ejus manu expenſa ſunt ducatorum viginti millia in tabulam altaris Deiparæ apud Guadalupam, & mille annui reditus ſtabiliti. In Hueſca Arragoniæ juſſit novum monaſterium ordinis ſancti Auguſtini fundari, operi Comitem Cinchonis, & eumdem Confeſſarium præfecit, eoque magnam partē confiſcatorū applicavit. Ejuſdē Comitis manu alia 9. aut 10. millia ducatorū ad Deiparam Montferratanam deſtinavit. Monaſterio

Prædicatorum Valentiæ, cui paullo ante quatuor aut quinque millia ducatorum dederat, jam contulit pecuniam ad perpetuam lampadem ſuſtinendam, & ducatos mille in Eccleſiæ portam. D. Benedicto VValledolitano tria ducatorum millia ad fabricam aſſignavit. Has & alias eleemoſynas, de quibus ſe nõ recordari, ait Velaſcus, hac valetudine fecit. Patrocinium etiam Capellæ Deiparæ de Atocha extra muros Madritti ſibi vindicavit, eleemoſyniſque fratres ejuſdem ædis ordinis S. Dominici, ea de cauſſa remuneratus eſt. Multas præterea eleemoſynas ad noſodochia, & hoſpitalia, & alia loca indiga contulit. Sex item ducactorum millia pro canoniſatione ſancti Raymundi ejuſdem ordinis Dominicani deputavit. Talibus pietatis officiis ſeſe hac in infirmitate Rex habuit, lubenterque pauperum deſideria, & neceſsitates audivit, ac ſublevavit, ut teſtatur idem, qui exponebat, Velaſcus, jubebatque eos expediri magna alacritate, & caritate. Idem factitabat in negotiis relligioſorum, & aliorum ad Dei

cultum,

cultum, & ſervitium pertinentium.

EXEMPLA PLVRIVM REGVM QVI Eleemoſynis, & caritatis operibus claruerunt, & ſpeciatim noſtri regis.

CAPVT XIV.

CVM inter eas virtutes Eleemoſyna ſit, quæ magis ſublimes, & divino Numini acceptiores, conſtitui proponere iſtic ad imitamentum regibus, principibus, magnatibus, omni mortalium generi, exempla aliquot maxime notabilia, & memorabilia nonnullorum huius coronæ Hiſpanicæ regum.

Fuerunt Catholici Hiſpaniæ reges ſemper admodum pij, & liberales verſus omnes quidem adflictos, et indigentes, ſed præcipue in monaſteria, & ſacra templa. S. PELAGIVS rex fundavit Eccleſiam S. Olallæ Vallis Abamiæ in Aſturiis. Rex Favila filius Heremitanam S. Crucis loci Mercati. Roder. arc. Tolet. hiſt. Bozio li. 20 ſig. 85. c. 6.

Cognatus eius rex Alfonſus I. Cognomento Catholicus Monaſterium S. Mariæ Covadògæ Canonicorum regularium. Auditique ſunt in eius morte angelorum cantus. Item Eccleſiã Cathedralem Valpueſtæ, quæ modo eſt Collegiata diœceſis Burgenſis, Rex Froila I. eo genitus condidit Eccleſiam S. Salvatoris Oviedi, tunc regnorum ſuorum capitis.

Eccleſia Oviedana.

Cognatus eius rex Silo Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ Praviæ.

Alfonſus II. Caſtus ædificavit ædem Deiparæ Oviedi Cathedrali cõiunctam. Item Cathedralem S. Iacobi, quod ſuo tempore Deus eius Divi ſepulcrum revelare dignat⁹ eſſet. Alfonſus III. cognomento Magnus exſtruxit de novo eamdem Cathedralẽ D. Iacobi ſaxis quadratis. & Monaſterium Sahagunenſe monachorum S. Benedicti, omnium eorum quæ ſunt in Caſtilia huius ordinis, quoad patrimonium, opulentiſſimum. In regno vero Legionis Cathedralem Oviedi in metropolitanam evehi curavit.

Eccleſia S. Iacobi & eius revelatio.

Monaſt. Sahagunenſe opulentiſſ.

Ordonius II. Cathedralem Legionẽſem, quæ

Cathedrale legionis

extra

extra mœnia erat, intra urbem, & ſua in palatia tranſportavit, titulumque S. Petri et Pauli, in Divæ Mariæ commutavit.

Rex Ramirus II. fundavit monaſterium S. Iuliani prope Legionem, itẽ monaſteria S. Andreæ, & S. Chriſtophori ad ripam fluminis Zeæ: Deiparæ Matris apud fl. Duriũ, & S. Michaelis de Teriana, omnia quatuor ordinis S. Benedicti. Item Monaſterium S. Salvatoris Legione ſanctimonialium eiuſdem ordinis.

Sanchius I. S. *Pelagij monaſterium Legione eiuſdem ordinis.*

Bermudus II. reædificavit Cathedralem S. *Iacobi à Mauris deiectam.*

Alfonſus V. conſtruxit S. *Ioannem Baptiſtam Legionis.*

Bermudus III. reparavit, & reſtituit multa monaſteria, & Eccleſias ab iiſdem Mauris everſas, & ſolo æquatas.

Comes Ferdinandus Gonzales progenitor Caſtiliæ regum condidit Monaſterium S. *Petri de Arlanza Monachorum Benedictinorum. Fuit ad hoc benefactor* S. *Sebaſtiani vallis* *Auctor regum Caſtiliæ.*

Tabla-

Tablallanæ, quod iam S. Dominicum de Silo vocant: itemq; S. Millani de Cogolla ordinis S. Benedicti.

Filius eius Garcias Ferdinandus multa beneficia contulit monaſteriis. SS. Coſmæ & Damiani Corruviæ, S. Michaelis Petroſi, aliis pluribus.

Filius quoque Garciæ Comes Sanchius exſtruxit Monaſterium S. Salvatoris Ognæ ſanctimonialium Benedictinarum, et poſtea Monachorum.

Ferdinandus Magnus primus rex, & Imperator Caſtiliæ ædificavit monaſterium S. Iſidori Legione in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ.

Alfonſius VI. rex Caſtiliæ, & Legionis, & Hiſpaniarum Imperator, fundavit Burgi Monaſterium S. Ioannis: & Toleti, quod ex hoſtium poteſtate eripuerat, monaſterium S. Servandi, ubi nunc eſt Caſtellum, utrumque ordinis S. Benedicti et immenſo patrimonio locupletavit primatem eiuſdem Civitatis Eccleſiam.

Eccleſia Toletana primas, & opulentiſſ.

Nepos eius Alfonſius VIII Hiſp. Imp. ædi-

ficavit

ficavit monaſteria Vallis paradyſi prope Lamoram, Herreræ iuxta Mirandam Iberianam, Oſeræ in Galitia, & alia plura ſuis in regnis omnia ordinis Ciſtertienſis, cuius amator, & cultor erat præcipuus, ob D. Bernardum coætaneum, eiuſdem ordinis monachum.

Primogenitus eius Sanchius III. Deſideratus rex Caſtiliæ, & Toleti dedit principium illuſtri ordini militari Calatravæ, eiuſdem Ciſtertienſis regulæ, illique Calatravam dono dedit. Ordinis Calatravæ principiũ.

Filius Alfonſus IX. rex Caſtiliæ & Toleti condidit iuxta Burgos monaſterium S. Mariæ Huelgarum ſanctimonialium eiuſdem ord. Ciſt. & illi coniunctum Hoſpitale regium. itẽq; Palenciæ Academiam quæ deinceps tranſlata eſt Salamancam. Præter hæc omnia incredibile auditu eſt, quantis beneficiis reliqua monaſteria, & Eccleſias cathedrales, Collegiatas, parochiales, domoſque hoſpitales, & cætera pietati dicata, & addicta loca ſuorum regnorum hic rex inſignis cumularit. Idem initium fecit inclito ordini militari S. Iacobi enſiferi. Academia Palenciæ & Salamancæ. Ordinis S. Iacobi.

Ferdinãdus II. rex Legionis, & Galiciæ iunior frater Germanus eiuſdem regis Sanchij Deſiderati inſtituit generoſum ordinem militarem S. Iuliani Pereyrani in Diœceſi Civitatis Roderici.

Ordinis S. Iuliani Pereyrani.

Alfonſus X. filius rex Legionis, & Galiciæ, dedit opidum Alcantaræ ordini Calatravæ, et ipſe Calatravanus ordo, cum magiſtratum eius gereret Martinus Ferdinandus de Quintana, eamdem largitus eſt, cum omnibus, quæ in regno Legionis poſsidebat, bonis, dicto ordini S. Iuliani Pereyrani, ea conditione, ut Calatrauæ ſubiiceretur iis in rebus, quæ ſcriptura ideo facta continerentur. Ab eo tempore, & illius de cauſsis Ordo Alcantaræ poſtea nominatus.

Ord. Alcantaræ.

Ferdinandus III. *Sanctus rex Caſtiliæ, Toleti, Legionis, & Galitiæ plurima Mendicantium monaſteria ordinis S. Dominici, & S. Frãciſci condidit in iis tot locis, quæ Mauris in provincia Andaluſia eripuit.*

Filius Alfonſus XI. dictus Sapiens, & Aſtrologus magnas donationes contulit pluribus

monaſteriis Eccleſiis, & hoſpitalibus in partitione, quam fecit, regia manu, civitatis Hiſpalenſis & eius territoriȷ. Cōſtruxit monaſterium ſanctimonialium ordinis S. Dominici Calerue gæ, unde idem ſanctus oriundus erat. Condidit etiam Civitatem regiam. Civitatis regalis.

Sanchius IV. Animoſus, duxit uxorē Mariam Molinæ dominam, feminam adeo relligioſam, ut non ſolum ædificarit Valledoleti Monaſteria S. Pauli Dominicanorum; & Huelgarum ſanctimonialium ordinis Ciſtertienſ. ſed etiam monaſterium S. Pauli Tauriȷ eiuſdem Dominicani inſtituti, & alia per hæc regna pluria.

Maria uxor Ferdinandi IV. mortuo marito, & apud Cordubam ſepulto, actore D. Illeſca, adeo pie, & ſancte vixit, ut omnium iudicio ſuo tempore, parem non habuerit. Omnem ſuum mundum muliebrē, ſupellectilemque argenteam vendidit, & in pauperes contribuit, lignea deinceps ſemper uſa fuit. Ex illis vero, quæ ſuperfuerunt, poſſeſsionibus, ſeptem diverſis locis monaſteria fundavit.

Guadalupa.

Eius nepos Alfonſus XII. *dictus* XI. *originem dedit ædi, & monaſterio Guadalupæ, quod acceperunt poſtea monachi* S. *Hieronymi.*

Petrus eo genitus teſtamento conſtituit, ut ædificaretur Tordeſillis Monaſterium ſanctimonialiū s. *Claræ, multaſque præterea eleemoſynas diverſis regni monaſteriis aßignavit.*

Frater eius Heinricus iußit conſtrui Sacellū regum Toleti, *& monaſterium unum in opido* Montiela *pro anima fratris ſui Petri, quamuis hoc effectum non habuerit.*

Caput Benedictinorū monaſt. Carthuſianorum primum.

Joannes I. *Heinrici filius fundavit monaſterium* s. *Benedicti Valledoleti caput modo eius in Hiſpania ordinis. Jtem monaſt. Carthuſianorum Segoviæ primum & antiquißimum, ædemque Guadalupanam tradidit relligioſis s. Hieronymi.*

Capella regū Toleti.

Nepos Joannes II. *exſtruxit monaſt.* Mira*flores etiam Carthuſianorum, & Capellæ regum Toleti magnum illud patrimonium aßignavit.*

Rex Heinricus IV. *nepos non ſolum condidit ſegoviæ* Monaſterium *Parralis, &* Madritti

mona-

monaſteriū S. Hieronymi, via Pardana, quod poſtea ad eum, in quo nunc ſitum, translatum eſt locum, utrumque ordinis S. Hieronymi, ſed etiam ampliſſimis poſſeſſionibus Guadalupanum donavit.

Adfinis eius Rex Ferdinandus V. fundavit primò monaſterium ſancti Ioannis regum, ordinis ſancti Franciſci Toleti; deinde monaſterium ſancti Thomæ Dominicanorum Avilæ, tum Capellam regiam Granatæ, poſtremo alia plurima hac eadem in civitate, & regno utriuſque Ordinis monaſteria, plurimas quoque Eccleſias Cathedrales, & parochiales. Et in civitate ſancti Iacobi regium hoſpitale.

Præter hæc vero infinita prope alia condiderunt, & dotarunt prædicti Reges, diverſis locis, neque unius ordinis, aut ſexus, per ſua hæc regna monaſteria, & ſacra loca, tamquam Principes admodum Catholici, & Zelatores maximi, ſpiritualis boni ſuorum ſubditorum.

Monaſterium S. Laurentij omnium quæ ſunt, aut fuerūt ſplendidiſſimum.

Sed inter illa omnia, & præterea totius orbis monaſteria, facile ſuperat, & principatum obtinet in omni genere magnitudinis, opu-

lentia, ſplendoris, monaſterium S. Laurentij cognomento Regij monachorum ordinis S. Hieronymi, à Rege, & Domino noſtro Philippo *II. fundatum.*

Iam ſi regum Portugaliæ pietatē, & relligionem erga Eccleſias memorare vellemus, aliud magnum volumen conficiamus.

Nam regum Arragoniæ infinitæ reperiuntur templorum exſtructiones. Ex quib⁹ rex Alfonſus filius Remundi Berengarij ædificavit nobiliſſimum monaſterium Pobleti ordinis Ciſtertienſis, locupletavitque inſignibus donariis.

Fundationes Regum Arragoniæ.

Ramirus I. Eccleſiam maiorem Iaccæ.

Alſonſus II. præter alia plurima monaſteria, & templa, auxit reditus Pobleti, & monaſterium Rhuedanum erexit prope Eſcatronem.

Ordinis eq. Monteſæ.

Iaimes II. fundavit inſigne illlud monaſterium Ordinis militaris Monteſæ, & monaſterium Valdignanum ordinis Ciſtertienſis.

Quod ſi etiam perſequamur donaria templis, & Eccleſiis facta ab iiſdem regib⁹ Caſtilliæ Legionis, *Arragoniæ, & Portugalliæ, id vero nūquam finire ſit, ut ſcribit Thomas Bozius, & con-*

lib. 20. ſig. 87. cap. 6.

& confirmat ſua in hiſtoria Archiepiſcopus Rodericꝰ. Non ultra igitur progrediar. Vnam tamen, quæ ſe mihi offert, de caritate Regum Hiſpaniarum, conſiderationem non prætermittam.

Hanc ſcilicet regum Hiſpaniarum pietatem, & magnificentiam in honorandis, & locupletãdis templis, & cultu divino promovendo dudũ videri prædixiſſe Iſaiã. Apud eum hæc reperiũtur verba Chriſti ad ſuã Eccleſiam. Me enim inſulæ exſpectant, & naves Hiſpanicæ, in principio, & ab æterno huic operi deſtinatæ, ut adducam filios tuos de longe, ex utraq; ſc. India, argẽtũ eorũ, & aurũ eorũ cum eis nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſrahel, q glorificavit te. Id eveniſſe ſcimus noſtris tẽporibꝰ. Primũ enim ex Indiis allatũ aurũ cõſecratũ eſt, & dedicatũ Ecceſiæ Toletanæ. Cõpletaq; prophetia ab eo tẽpore, quo Luſitani Indias Oriẽtales aperuerũt: & Chriſtophorus Columbꝰ Occidẽtales. Inde, et poſtea utriq; et Caſtilliæ, & Portugalliæ reges ſacra tẽpla miris modis locupletarũt, & exornarunt. Sed omnes præteritos reges lõge hãc partẽ

Prophetia Iſaiæ de regibus Hiſpaniæ, cap. 60.

Eius repletio.

eſt ſu-

eſt ſupergreſſus Philippꝰ II. cuius mortẽ conſcribimus. Is enim ea tẽpeſtate, qua Heinricꝰ VIII. in Anglia ultra 10. monaſteriorũ, & templorũ millia evertit, & diripuit, et in Francia eadem paſsim incendebantur, & ſpoliabantur liberaliſsimum ſe & magnificẽtiſsimũ præbuit. S. Laurentij, de quo diximus, monaſterium condidit, tantiſque ornamentis, & opibus cumulavit, ut nullum ſimile, aut ſecundum orbis habere, ſed veluti omnium, quæcumque ſunt, compendium eſſe iudicetur, nullumque maius relliquiarium, & ſanctuarium exiſtere. Nam patrum, & relligioſorum, qui incolunt, ea eſt vitæ ſanctitas, & in divino cultu, & in orationibus cura, & aſsiduitas, ut magnum inde fructum, nos reportaremus quotieſcunque Rex, vernis præſertim diebus eo ſecederet. Sed præter hoc opus regium, & apud omnes gentes & nationes memorandũ, & admirandum, quamplurimæ ſunt aliæ ſacræ ædes, monaſteria utriuſque ſexus, heremitica cœnobia, hoſpitalia, ab Rege vel ab fundamentis exſtructa, vel multis partibus aucta, quæ magnum ſcilicet volumen impleant, ſi ſingule-

Magnitudo & excellentia monaſt. S. Laurent.

Monachorum ſanctitas.

gulatim repræſentem. Finem igitur huic capiti imponam, & eorum narrationem ampliorem, & commendationem Hiſtoriographis regiis relinquam, qui, ſat ſcio, materiam reperient, in qua ſtilum exerceant.

DE ORATIONIBVS, ET MEDITATIONIBUS Regis.

Capvt XV.

ALIVD exercitium ſingulare regis fuit Oratio, & Meditatio teſtibus hujus relationis auctoribus. Ad utramq; rem ſemper in conſpectu imagines Crucifixi, & Deiparæ habuit, & per omnia cubiculi latera diverſorum Sanctorũ, coram quis orationes factitabat, & ſeſe Deo commendabat. Præcipue vero, cũ valeret, à cibo Tũc enim, remotis ceteris arbitris, & miniſtris, ſolꝰ remanebat cum Ioanne Ruitz de Velaſco, ut teſtatur ipſe. Qui, ubi januam occluſerat, oratorium portatile proferebat, & ante eum collocabat, quo aperto, viſebantur Crucifixi, & aliæ imagines, apud quas, magna devotione, neq; ſæ-

pius ſine lacrimis, ſuas preces exequebatur; poſcebatque ab eodem Velaſco ſuos precationum libellos; & litaniarum, quas ſingulares habebat, & nullo umquam die intermittere ſolebat. Quibus perfectis, rurſum ad negotia redibat. Eumdem modum, moremque ſervaſſe adfirmat per totum hunc morbum, excepto, quod libros non peteret, & quod oratio, quantum apparebat, ob imbecillitatem magis mentalis eſſet. Oſtendit idem Ioannes Ruizius, ſibi ab multis annis obſervatũ, quatuor, plerumque quinque horas quotidie in orationibus conſumſiſſe regem, præter quod feſtis ſolennibus, & ſanctis hebdomadis, divinis officiis, & concionibus magna pietate, & attentione ſemper aſſiſteret. Teſtatur & Ioannes Zamudius de Alfaro, ſe quotiens cubiculum regium ingrederetur, ſi ſolus eſſet, ſemper reperiſſe, defixis in eum crucifixum oculis, quem per aliquot horas, antequam decederet, in amplexu habuit, & ſæpius oſculatum non niſi cum anima ſimul dimiſit.

DE QVA-

DE QVADAM REGIS INSOMNIA; quidque in ea acciderit.

CAPVT XVI.

VNA è poſtremis noctc, cũ inſomniâ laboraret, rogavit eũ Heinricus Guzmannus, nobilis Camararius, qui hac ei occaſione, & præteritis temporibus ſemper magna cura, & amore ſervierat, neque ab ejus lecto, & cubili receſſerat, an vellet aliquẽ piũ libellum legi, ſolitum enim alias hoc modo accerſere, & capere ſomnum. Cum annuiſſet, ſumſit mox Garzias de Onante, cujus erat inter alios unum è Ludovici Granatæ libris lectitare, librum, cumq; folia volveret, ut capitis alicujus initium reperiret, incidit in caput, cujus lectionem dum perſequitur, animadvertit deſinere id in materia, quę de morte eſſet, & in qua Ludovicus illa exponeret, quæ, eo tempore infirmis repræſentarentur ſolatia, & viciſſim moleſtiæ, & ægrimoniæ, quæ ex liberûm amore, & aliarum rerum occurrerent. Cumque eam lectionem interrumpere vellet

Garzias, ne quid ex ea ad Regem tædij perveniret, tuſſiſſe eum adfirmãt bis, & tertio, quod ſignum fuit lectionis continuandæ. Altera die ad eamdem horã voluit, ut idem medicus illã ipſam materiam iterum repeteret. *Quod placuiſſe ſibi diceret, & admodum utilem iudicaret.* Quam, cum aliquamdiu requiviſſet, neque reperiſſet, omitti tandem juſſerit.

* *Species cuiuſdam pœnitentiæ eſt, quod ſpiritualia quandoq; ſolatia ſuis ſuppeditat Deus, & rurſus adimit, ubi maxime cupere, & iis refici intelligit, ut ea quoq; privatione ad illorum merita acceſſionem conferat. Exemplo Ioſephꝰ,*
Lucas c. 2. *& Virgo virginum ſanctiſſima, qui ſeſe adflictabant ob amiſſum in tẽplo puerum, & Orien-*
Matth. c. 2. *tis Reges, intercepta ſtella, uti & in libro Can-*
Cap. 5. *ticorum ſponſa, quæ ſponſum, q ad ianuam pulſaverat, & ſubito tranſierat, per tenebras noctis, & hiemis rigorẽ quæſitum maxima anxietate, & deſiderio proceſſit. Idem factum Regi. Voluitq;, meo iudicio, Deus, ut ea lectione non ultra frueretur, qua capi ipſum & delectari videbat, ut ea etiam re eius Patientiam augeret, & merita.*

DE

DE PROFESSIONE FIDEI CATHOlicæ quam rex moriturus fecit.

CAPUT XVII.

ILLIS tot illuſtribus, & heroicis virtutib', quæ per hos extremos dies in eo maxime claruerunt, rex haut quaquā contentus, earum omnium veluti culmen, & faſtigium imponere voluit, ſolenni, & publica Confeſſione, qua ſe mori proteſtatus eſt in obedientia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſummi Pontificis, Epiſcoporumque, ac Sacerdotum, miniſtrorumque eiuſdem Eccleſiæ. Que eius actio, quia inter eas omnes, quas toto vitæ ſpatio exhibuit, facile antecellit, viſa eſt digna memoria ſempiterna, & quæ ſcriptis mandetur bono publico Chriſtianitatis uniuerſæ, & exemplo. Ea vero ita ſe habuit.

Ego peccator indigniſſimus, redemptus precioſiſſimo ſanguine Domini Noſtri Ieſu Chriſti palam profiteor me ſincero corde i- *Bloſius li. 1 Enchir. c. 1*

gnoſcere omnibus, qui quovis modo mihi injuriam, vel moleſtiam aliquam umquā intulerunt: & humiliter rogo, tam præſentes, quam abſentes omnes, ut mihi viciſſim ignoſcant, & dimittant ſi in aliquo eos offendi. Agnoſco me hactenus nō vixiſſe pure, nec ſancte coram Domino, ſicut vivere debueram: agnoſco ſcelera mea multa nimis: agnoſco culpas, & negligentias meas infinitas. Agnoſco quiqd mali per omnem vitam cōmiſi, & ſupplici mente à miſericordiſſimo Domino Deo noſtro veniam peto: dolens quod eum umq̃ offenderim & proponens deinceps vitare peccata. Quamvis autē graviter, & multis modis hactenus deliquerim, non tamen diffido de omnipotenti, & benigniſſima miſericordia ipſi⁹ redēptoris mei, ſed ſpero me per meritum paſſionis, & mortis ejus, nō autem ita per merita mea, participem futurum ęternæ vitæ, atq; hæreditatis. Ego ipſam paſſionem eius ſacratiſſimam pro refugio, munimentoq; tutiſſimo habeo: ego eam inimicis meis inviſibilib9 ſemper, & ubiq;, tamq̃ armaturam inexpugnabilē, objicio, eam S. Trinitati, pro meri-

ritis, quæ mihi deſunt, & pro perfecta ſatisfactione de peccatis meis offero.

Credo in Deum patrem omnipotentẽ, creatorem cœli, & terrę: Et in Ieſum Chriſtum filiũ ejꝰ unicum Dominum noſtrũ, qui conceptus eſt de Spiritu S. natus ex Maria virgine; paſſus ſub Pontio Pilato crucifixus, mortuꝰ, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis: adſcendit in cœlũ, ſedet ad dextram Dei patris omnipotentis; inde venturꝰ eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum S. Sanctam Eccleſiam Catholicam: Sanctorum communionem: Remiſſionẽ peccatorũ: Carnis reſurrectionẽ: Et vitam æternam, Amen.

Proteſtor coram ipſo omnipotenti Deo, & coram tota curia cęleſti, me cupere, & velle in ea Fide vitã hanc finire, in qua convenit obedientem ſanctæ matris Eccleſiæ filium mori. Proteſtor me credere univerſa quæ ipſa Catholica Fides continet, & quæ à veris, Orthodoxiſque Chriſti fidelibus credenda ſunt. Quod ſi vel impugnatione diaboli, vel violentia morbi preſſus, aliqd huic propoſito contrariũ

cogi-

cogitarem, loquerer, aut facerem : jam illud revoco, & conteſtor me nullo modo conſentire talibus cogitationib⁹, verbis, aut operib⁹.

Gaudeo , & gratias ago miſericordiſſimo creatori, & ſalvatori meo, cujus ineffabili pietate me in ſancta Fide Chriſtiana moriturum confido. In manus ejus ſanctiſſimas animam, & corp⁹ meum , nunc, & in hora mortis meæ commendo.

Fuit Rex in omni genere Prudentiæ adeo excellens, & perfectus, ut ſibi ſatisfeciſſe obligationi ſuæ, tamquam tam Catholici, & relligioſi Principis, non videretur , niſi priuſquam excederet profeſſionem noſtræ ſanctæ Fidei Catholicæ, ea, quam diximus, ſolennitate, perfeciſſet. Partim, & ob eam cauſſam quod regum Hiſpaniæ progenitorum ſuorum Fides maior fuerit, & firmior, quam relliquorum omnium orbis Chriſtiani Principum, ut palam eſt, & manifeſtum: partim quod maximus ipſe quoq; extiterit zelator noſtræ Fidei, & Chriſtianæ relligionis. Vnde & eum proſperavit Deus, & Monarchiam Hiſpanam, *eo uſque provexit,*

& au-

& auxit, ut nulla alia huc uſque ſit viſa maior. Neq; hoc ſine cauſſa. Eſt enim Fidei privilegiũ inſeparabile, extendere ius, & iuriſdictionem ſuam in omnes gentes, & nationes totius univerſitatis, unireq; eas, & coniungere una Fide & in una Eccleſia, uti per Iſaiam pronunciavit Deus, cum ſua Eccleſia verba faciens. Noli timere, *Eccleſia mea, & ſpõſa mea* quia ego tecum ſum. Ab Oriente adducam ſemen tuum; & ab Occidẽte congregabo te. Dicam Aquiloni da *filios mihi:* & Auſtro noli ꝓhibere *tuis ardoribus, & æſtibus ne ad Indias iter aperiatur.* Affer filios tuos de longinquo, & filios meos ab extremis terræ. *Et alio loco.* Dilata, *o mea Eccleſia,* locũ tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne parcas, *alicui loco, ſed omnes occupa* : longos fac funiculos tuos, & clavos tuos conſolida. Ad dextram enim, *uſq; ad polum Arcticum:* & ad lævam *uſq; ad Antarcticum* penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & civitates deſertas inhabitabit, *quales ſunt Indiarum, Americæ, & totius adeo Novi orbis. Innumera ſunt*

Fidei memorabile privilegiũ

Cap. 43.

Cap. 54.

propheti*æ* huius ſingularis Fidei privilegij, quibus per eam dominium, & Imperium orbis Eccleſi*æ* promittitur.

Qu*æ* cum ita ſint, qu*æ* gens, aut natio, qui reges, aut Imperatores, aut qu*æ* Monarchia fuit ab condito orbe, qu*æ* maiorem terr*æ* partem, in complementum Propheti*æ*, occuparit; aut quorum Imperium diutius durarit, quam Regum Hiſpaniarum, adeo ab rege noſtro auctum, ut tertiam orbis partem continere iam omnibus ſit indubitatum. Romani Imperatores, quorum dominatio latius provecta eſt, quàm cuiuſquam alterius antecedentium Chald*æ*orũ, Aſſyriorum, Perſarum, Medorum, vel etiam Gr*æ*corum, teſte Dionyſ. Halicarnaſſ*æ*o, tertiã tamen Europ*æ* partẽ integrã non poſſederunt, ut adfirmant Archiepiſcopus Rodericus, Vaſ*æ*us, alii. Non item Afric*æ* quartam: aut quadrageſimã Aſi*æ*. Nullam vero Americ*æ*, & Indiarum Occidentalium, Inſularumq; Oceani Meridionalis, uti neq; Indiarum Orientaliũ. Quod ſi quis iã terrarum orbem diligentiꝰ cõtempletur, dividatq; in partes *æ*quales (ut facere

Li.1.antiq.

Roderich. hiſt. Vaſæus Chr. Marianus. Bozius lib. 8. ſig. 32. ca. 1.

cere ſolent Coſmographi) reperiet Imperiũ regis Hiſpaniæ parte viceſima maius, quã fuerit Romanorum. Neq; enim verſus Septemtrionẽ ultra Danubium, & Rhenum imperitarunt Romani: in Meridie ſupra Atlantem: & Orientem verſus extra Tigrim, & Euphratem. Hos intra limites conſtitit Monarchia Romanorum. At vero Hiſpaniæ regnum totam circumdat terræ rotunditatẽ. Omnia enim Africæ litora in poteſtate habet, & inſulas plurimas. In ſinu rubro inſulam Zacotoram; Ormuzium in Perſico. In Arabia, & Perſia late dominatur, multoſque portus occupat. Prope Indiam obtinet inſulam Dium, & ulterius progrediendo omnem prope oram maritimam ad uſque Gangem. In eadem India poßidet ampliſſimum, & nobilißimum regnum Malacæ, & Moluccarum. Itemq; Philippinas, & ex oppoſito regiones Novæ Guineæ. Inde ſe extendit ad ſpacioſißimas provincias Indiæ Occidentalis, quas ambit Oceanus, donec ad fretum Magellanicum perveniatur, & ab eo in Braſiliam, et portus propinquos, tum in Hiſpaniolã, Cubãq;

Romani Imp. term. Amplitud. de maxima Hiſpanici.

N 2 *inſu-*

inſulas. A quibꝰ navigatio ad Canarias, Tertias, & portus denique Hiſpaniæ magis opportunos. Ita ſi univerſi rotunditatem, ut fecimꝰ, percurramus, perpendamuſq;, exemplo Thomæ Bozii ſcriptoris diligentiſſimi, facile cõparebit, maximam omnium eſſe amplitudinem Monarchiæ Hiſpanæ; ſimul pro certo conſtabit, nullam gentem, aut nationem ab Adamo primo parente potuiſſe tot gentes, & nationes, tam diverſas, & differentes lingua, & ritibus ſub unam Fidem, & Relligionem redigere, ſicuti fecerunt Hiſpaniæ reges. Quod certè totum debetur maximæ eorum pietati, & Catholicæ Fidei. Eadem vero Monarchia apud eos tamdiu duravit, ut nullam aliam neque Græca, neque Latina, aut alterius linguæ hiſtoria ſuppeditet, quæ tamdiu conſtiterit, aut quorum regum ſucceſſio, abſque interruptione, eo uſque proceſſerit. Ex Viſigotthis enim Recaredus I. cæpit regnare in Hiſpania *anno quingenteſimo octogeſimo ſexto. Ab eo ad hæc tempora defluxerunt tredecim ſupra mille anni, neq; tamen in-*

Succeſſio perpetua regũ Hiſp. Idem Bozius: Rodericus Santius.

terea

terea umquam in Hiſpania, & Legione regius ſanguis defecit.

Qualitatem huic ſimilem nullum aliud regnum habuit, teſtimonio, & conſenſu omnium hiſtoriarum, provenitque ea ex magna Hiſpaniæ Fide, cuius, ut prædiximus, eſt privilegium, protendere ſuam in omnes gentes iuriſdictionem, & dominationem, & eas coniungere in unitate Catholicæ Relligionis. Quæ quouſque in noſtra Monarchia perſeveraverit, eo ſe quoque magis, magiſque prolatabit, neque niſi cum cælo ſuum imperium terminabit. Hæc omnia dicta ſunt, ut intelligat lector, non ſine cauſſa, in hora mortis tanta cum ſolennitate profeſſionem Fidei feciſſe magnum noſtrũ Philippum II. cum eius beneficio tantus fuerit Monarcha, & erunt eius ſucceſſores, ita Deum obteſtor, proſequendo illum ſanctum Zelum, quem in exaltatione Catholicæ fidei tot annos coluerunt.

LIBER TERTIVS.

DE PRVDENTIA CHRISTIANA Regis, rebuſque memorabilibus, quas cum ea, hac occaſione operatus eſt.

DE CONFESSIONE GENERALI & ſacra Communione Regis.

Capvt I.

Tempus, et dies morbi Regis letalis.

HAVT ſcio, an ulla Prudentia Chriſtiana major, aut rarior umquam viſa, vel audita, quam fuit Regis in vitæ ſuæ fine, & extremis, ut ſequentia demonſtrabunt relata ex ore teſtium ad verbum. Secundo & viceſimo Iulij, Anno octavo, & nonageſimo poſt quingenteſimum milleſimum Mariæ Magdalenæ ſacro, quo in eũ die febris invaſit, quæ exſtinxit, ait Fr. Diegus de Yepes, Confeſſarius, confeſtim ſcire voluiſſe, an res pericu-

periculi eſſet, ut prævenire, & apparare ea poſ-
ſet, quæ tempus & neceſſitas flagitare vide-
rentur. Tergiverſantibus vero Medicis, ne-
que veritatem proferre auſis, metu ne mœ-
rore adficerent, (quamvis, ut refert Ioannes
Gomez de Sanabria, id tamen per interpo-
ſitam perſonam tentaſſent) idem Confeſ-
ſarius, poſtquam eorum formidinem dura-
re animadvertit, & ſimul quam fortis, & im-
perterritus eſſet animus Regis, quantumque
poſtremo momentum, ne quo in loco eſſet,
ignoraret, Kalendis Auguſti periculum tan-
dem aperuit. Gratanter Rex accepit, vultuque
hilaro, & verbis humaniſſimis, pleniſque
benevolentiæ, & amoris, & qualia per totum
quinquennium, quo illi à ſacris cōfeſſionibus
fuerat, numquam erat expertus, ſubitoque,
ubi periculum ſuum intellexit, generalem
confeſſionem facere conſtituit, & in ea re ſi-
bi eumdem confeſſarium auxilio eſſe. Et quā-
vis hoc factū in ſecreto manere juſſerit, man-
dato ſe tamen Confeſſarius, hac parte, di-
cit non putare teneri, cum Rex diem ſuum
obierit,

obierit, nullumque illi præjudicium oriatur, ſed potius faciat ad majorem Dei gloriam, & ſit exemplo Chriſtianitati. Habuit Rex tam magnam reſignationem ſuæ volũtatis, & tam firmam, conformemque determinationem complendi ea omnia, quæ ſuæ erant obligationis, ut ſcripto per Chriſtophorum de Mora ad dictum Confeſſarium tranſmiſerit verba, quæ mox ponam, eaque ab eo in ſua præſentia legi voluerit, ut ante cõfeſſionem, illa ipſa, qua ſcripta erant forma, repetere poſſet. Fuerunt vero, quæ ſequuntur.

Notate moriturí ab magno rege magnũ exemplũ.

Pater in loco Dei es. Proteſtor coram eius divino conſpectu, me ea facturum omnia, quæcumque neceſſaria dixeris ad meam ſalutem. Et ita per te ſtabunt ea omnia, quæ non fecero. Paratus enim ſum ad facienda omnia. Ex quibus verbis clariſſime apparet, quam pia fuerit regis determinatio, & quam animoſa in ſatiſfactione eorum omnium, quibꝰ obligari poterat. Atque inde, teſtatur idem Confeſſarius, provenerunt multi, & admirabiles effectus, neque quidquam intermiſſum, quod nõ ſuo

loco,

loco, & ordine, ſecundum Regis diſpoſitionem, & uti conveniebat, expediretur, & conſtitueretur. Quæ memorare ſe, ait idem Confeſſarius, ut illis quoque ſatisfaciat, qui animo pravo dicerent, aut res magnas admiſiſſe regem, aut non debuiſſe iſta manifeſtari.

Hoc igitur ſanctum propoſitum eſt exſecutus. Sed, peracta licet confeſſione generali, quæ in tertium diem duravit, quotiens ad eum inviſendum accedebat cōfeſſarius, quod ſæpius eveniebat, totiens etiam reconciliari volebat, & etiam paucis horis antequam decederet. *Confeſſio generalis.*

Communicavit quater intra hos valetudinis tres & quinquaginta dies. Bis quidem poſt ſacram unctionem, & ultimum die feſto nativitatis Deiparæ Matris, octavo Septembris. His nihil obſtantibus, duodecimo ejuſdem menſis, pridie ſcilicet quam moreretur, cum ſacrum illi in Oratorio ſuo habuiſſet confeſſarius, ubi alias ſemper communicare ſolebat, conqueſtus eſt præſenti Chriſtophoro de Mora, & eidem deinceps Confeſſario, quod *Cōmunio.*

Communionis participem non feciſſet. Et cum hic ſe excuſaſſet, periculumque, quod ſuccedere poterat, oſtendiſſet, & nihilominus Rex pertenderet, & ſacrarium ſibi ſaltem exhiberi vellet, & cum medicis ſe hoc quoque ipſum conſultaturum ille reſpondiſſet, manſit totum cum diem cum hac anxia cupiditate Rex, & in ea quoque exceſſit.

QVO REGEM MODO CAMILLVS Caietanus Patriarcha Alexandrinus, & Nuncius Apoſtolicus viſitaverit, & benedictionem Apoſtolicam impertiverit.

Capvt II.

TANTA cura, & ſollicitudine, earum rerum omnium, quæ ad ſalutem ſuã pertinere videbantur, Rex ſatagebat, ut benedictionẽ ab Camillo Cajetano Nuncio Apoſtolico, nomine S. Sanctitatis, accipere voluerit. Quæ res, ut melius intelligatur, ſubjiciam exemplum ſcriptionis, quam de ea

fecit

fecit Doctor Ioan. Baptiſta Confalonerius, Secretarius ejuſdem Nuncij, & , ut hic insereretur, mea petitione, ad me tranſmiſit, Cujus eſt hic tenor.

Decimo ſexto Auguſti, Anno 1598. in monaſterio S. Laurentij Regij, Philippus II. Rex glorioſæ memoriæ, juſſit advocari D. Camillum Caietanum patriarcham Alexandrinum, Nuncium, & Collectorem Apoſtolicum his in Hiſpaniæ regnis, qui eo ad conſecrationem Garciæ de Loayſa Archiepiſcopi Toletani ſe contulerat. Reperit Nuncius Regem in lecto diſtenſum, & veluti immobilem, cum ſumma debilitate, ceterum ſenſibus vivaciſſimis, & cum ſerenitate vultus, & compoſitione animi miraculoſa. Iuſſit Rex Nuncium aſſidere. Qui, poſtquam morem geſſit, longam orationē orſus eſt, partim ad conſolationem ejꝰ ſpiritualem, partim in eum finem ob quem Rex accerſierat, uti nempe nomine ſuæ ſanctitatis benedictionē impertiretur, & abſolutionem plenariam, cū intentione acci-

piendi omnes eas benedictiones , & indulgentias, fructuſque ſpirituales, qui à ſua ſanctitate accipiuntur tali in ſtatu. Contulit eam benedictionem Nuncius ea liberalitate , & plenitudine atque ſi præſens ſua Sanctitas adfuiſſet, certa cum fiducia eam omnia comprobaturam.

Quæ ubi ab Nuncio perfecta ſunt, reſpondit Rex, ore ridente, & animo intrepido, inſtar alicujus Sancti, *gratum eius ſibi adventum accidiſſe. Magnum enimvero ſuum morbum eſſe, tamen ſe paratiſſimum ad ferenda ea omnia, quæ Divina volunluntas conſtituiſſet, ſive vitam, ſive mortem mallet. Neque aliud prætendere, aut optare, quam in eius ſancta gratia mori, & peccatorum ſuorum veniam obtinere. Magnas ſe, & multas Deo gratias habere, & agere, propter accepta ab eo beneficia, & quod in eo, in quo verſabatur ſtatu, tantam lucem, & notitiam haberet, verumque hominis finem ſitum intelligeret in felicitate æterna. Magno ſibi ſolatio eſſe, quod in*

confir-

confirmanda benedictione Apoſtolicæ ſuam ipſe offerret operam. Acceptare ſe eam ingenti cupiditate, & humiliter à ſua Sanctitate poſcere. Velle ſe ut in omnem caſum reſpectus, & reverentia ſedis Apoſtolicæ, & ſuæ Sanctitatis conſervetur, Eccleſiaſticæque præterea iuriſdictionis magna cura habeatur. Alia ejus generis plura cum prolocata eſſet ea ſancta anima, quę ob debilitatem, & laſſitudinem tunc non potuere percipi, inde Nuncius receſſit. Illud vero notabile, cum idem Nuncius pro confirmatione ejuſdem benedictionis ad S. Sanctitatem ſcripſiſſet, eamdem confirmationem, antequam rex defungeretur allatam eſſe. Qua illi conferebat Pōtifex omnes illas, quas poterat, benedictiones, & indulgentias. His tantis, & tam ſanctis operibus, tantoque, & tam Catholico Principe dignis, evectus eſt rex in cœlum, ut ibi Dei gloria perfrueretur quem adeo amaverat, cuique tam diu ſervierat in terris.

Ita eſt Doctor Ioannes Baptiſta Confalonerius Secretarius Domini mei Nuncij ſupradicti. Valentiæ XVI. Mart. 1599

DE EXTREMA VNCTIONE regis.

CAPVT III.

Notabilis ad ſuſcipiendam ſacram extremam unctionem praeventio.

ANTE viceſimum diem, quam vita deſtitueretur, extremam unctionem maturari voluit. Sed quia ignorabat quæ in hujus ſacramenti adminiſtratione fiunt, neq; enim alias conferri viderat, rem novam fecit, & exempli notabilis, & admirabilis. Miſit enim ad Archiepiſcopũ, qui adminiſtraturus erat, Ferdinandum de Toleto, ut ex eo intelligeret, quæ partes ungendæ eſſent: Itemq; ad ſuum confeſſarium ut Manuale adferret, & hujus ſacramenti officium prælegeret, & ea omnia quæ in eo fieri, & dici ſolẽt. Et quia exhortatio illa quæ in principio eſt, paulo longior eſt, cum eam Confeſſarius legiſſet, ſatisfactum ea lectione dixit, neque opus fore, ut ad ſacramenti executionem repetatur. Ad quæ rex, *Nequaquam hoc*, inquit. *Volo enim vero ut mihi repetatur. Eſt enim valde*

bona.Inde ſubito juſſit, ut ſibi ungues præſecarentur,& manus, quæ ob arthritidis defluxum erant male adfectę,mundarentur in honorem ſacramenti. Ita Kalendis Septembris die duodecimo quam obiret,hora noctis nona,in octava conſecrationis templi Monaſterii,maxima veneratione, & pietate id ſacramentum accepit, cum prius facta cōfeſſione ſe expiari juſſiſſet. Voluit vero ut præſens adeſſet filius, qui modo regnat, ne hujus ſacramenti ceremoniarum ignorātia,quod ipſi acciderat,ipſe quoque in poſterū laboraret. Interfuerunt præterea Archiepiſcopus Toletan⁹,tamq̃ miniſter,F.Diego de Yepes confeſſarius regis,F.Caſparus de Corduba Confeſſari⁹ Principis, F. Andreas de Eccleſia confeſſarius Sereniſſimæ Infantis, F. Garcias de S. Maria Prior S.Laurentii, qui magna omnes pietate huic ſervitio attēderūt,ſermoneſq;,& alia exercitia ſpiritualia ſubinde miſcuerūt.Ioannes Guzmān⁹ à pocillis oratorii regii, & Eleemoſynari9 major reginæ,Emmanuel de Soſa Capellan9,&magiſter Cerimoniarū regięCapel-

læ,F.

ç,F. Caſpar⁹ de Legione Vicarius Monaſterii, F.Ioſeph⁹de Siguenza Eccleſiaſtes ejuſdē domus,F.Bartholomæ⁹ de S.Iacobo ſacriſta major,F.Martinus de Villa nova.Pręter hos ordinis omnes Eccleſiaſtici, intervenerūt Comes de Alba,& Liſta Major domus major reginæ, Marchio Veladæ major Domus major regis, Chriſtophorus de Mora Camerarius major regis, qui majorem ex his laboribus partem hauſit,ſingulari ejus in regem amore, veluti, qui nunquam ex ejus cubiculo exceſſerit, eaque omnia quæ ad ejus ſervitium pertinere videbantur,curaverit, Comites Fontis ſaliti, & Chinchonis majores Domus, Ioannes de Idiaquez Commendator major Legionis, & præfectus equilis reginæ major, Antonius de Toleto,Heinricus Guzmannus,Franciſcus de Ribera,Petrus de Caſtro, & Bovadilla omnes nobiles Camararii,& Ioānes Ruitz de Velaſco de Camara,& Secretarius reginæ.

INSTRV-

INSTRVCTIO QVAM REX DEdit Principi pro horum regnorum felici gubernatione.

CAPVT IV.

HIS peractis, & egreſſis ceteris omnibus, cum præter Principem remanſiſſet nemo converſus ad eum Rex, (ut ipſe faſſus eſt Princeps) *Volui*, inquit, *ut huic actui præſens intereſſes, ut videas, & intelligas in quo conſiſtant, finiantq; cuncta.* Relligionẽ, & Catholicæ Fidei defenſionem illi pluribus inde verbis commendavit, uti & Iuſtitiæ conſervationem. *Poſtremo daret operam ita viveret, & regeret, ut ad hoc idem punctum cum perveniſſet, ſecuram, & tutam conſcientiam obtinere poſſet.*

Sed aliud quoque fuit regis, hac parte, prudentiæ memorabile ſpecimen. Cum enim, q̃ diximus, prolocutus eſſet, ſingulatim deinceps de iis omnibus rebus, quæ ad gubernationem politicam horum regnorum ſcire cõ-

veniebat, Principem admonuit, & inſtruxit, & eadem ipſa, ſua manu, perſcripta reliquit, quę penes ſe eſſe confeſſarius adſirmat. Biduo vero, quam excederet, dedit eidem Confeſſario chartam, qua continebatur admonitio, quā S. Ludovicus rex Franciæ in hora mortis Philippo filio, & ſucceſſor: fecerat, quam chartam, ubi diem ſuum obiſſet, juſſit ut totam filio prælegeret. Neque enim ſibi videri quidquam adjungi poſſe ad ea, quæ ſanctus rex, Spiritu divino illuſtratus, filio moriturus propoſuiſſet, & ſuaſiſſet. Simul prædicto Confeſſario ſignificavit, præmonitum jam a ſe Principem, ut, poſt ſuum obitum, ipſum accerſeret, aud ret que, & quam penes eum relinquebat chartam acciperet. Ipſo vero exſequiarū die, vocavit eumdem Cōfeſſarium Princeps, & ab eo, magna cum humanitate, eamdem chartam recepit. Ejus chartæ infra poſitum exemplare eſt, regum omnium, & Principum ad exemplum, ut ſcriptum reliquit dominus Ioinvillæ ejuſdem Sancti regis expeditionum omnium Comes, & ſocius, in eo, quem de ej⁹

vita

vita lingua Gallica compoſuit libello, qui in Hiſpanicam verſus, & editus An. 1567.

ADMONITIO QVAM REX SCRIPTAM reliquit Principi, ad animæ ſuæ ſalutem, & regnorum ſuorum politicam adminiſtrationem.

CAPVT V.

DA operam, Filimi, ut Deum omnibus viribus ames. Sine ejus enim amore ſalvus eſſe nemo poteſt. Peccato mortali numquam da locum, prius ſufferas cujus generis tormentum, quam animam tali flagitio condamnes. Quando adverſitates proveniunt, perfer eas animo æquo, & commeruiſſe puta, ſic tibi eæ magno lucro erunt. Si procedant omnia proſpere, cum humilitate Deo gratias age, neque ſuperbias iis reb⁹ quibus magis humilis eſſe debebas: neue pejor evadas iis, quib⁹ deberes eſſe melior. Confitere minutim peccata tua & cõfeſſariũ prudẽtem

requires, qui te docere ſciat, quæq; vitare debes, quæque ſequi, & coram illo, eo te vultu, & aſpectu præbeas, ut reprehendere audeat, & peccatorum tuorũ gravitatẽ demõſtrare. Interſis divinis officiis, devota mente. Neq; ibi fabulis, vel mẽdaciis aures accommodes aut vagando hinc inde oculos circumferas, ſed Deũ precare ore ſimul, & corde, & hoc maxime, & p̃cipue facta in miſſa cõſecratione. Eris animo pio, & humano vers⁹ pauperes, & afflictos, illiſq; omnibus virib⁹ favebis, & ſuccurres. Si animo tuo rem magni momenti verſabis, confeſſario tuo revela, vel viro alicui docto, & probo, ut quæ conveniant intelligas Quos in tuã amicitiam, & familiaritatẽ admiſeris, ſint homines probi, & virtute conſpicui, famæque bonæ, cujuſcunq; fuerint ordinis, laici, an relligioſi. Cum illis famialiter colloquere. Malorum, & vitioſorum conſuetudinẽ & uſum ſemper evita. Concionatores audi utiles, quiq; vitia reprehendant, & zelum habeant honoris, & ſervitii Dei. Non minorẽ curam habebis ut indulgentiarũ & ſtationum participẽ te facias. Amabis omnia bona, & à

malis omnibus abhorrebis. Quocumque in loco fueris, nemo audeat in præſentia tua aliquid eloqui, quod provocet ad malum, aut damnum famæ proximi. Neque tu de quacũque perſona quidquã loquaris, quod ejus tangat famam, cum intentione detrahendi. Neq; patiaris, ut quiſquam, te pręſente, blaſphemate p̄ſumat, aut de Deo loqui male, aut de Sanctis ejus. Neq; impunẽ relinques quemcũque tali crimine cõvictum. Dabis Deo gratias admodum ordinarie pro beneficiis, & favorib⁹ quos in dies ab ejus manibus recipis, ut alios de novo merearis. In adminiſtratione Reipub. eris integer, & ſeverus, obſervando ea quæ leges determinant, neq; in dextram, aut ſiniſtrã declinabis. Non te laſſent pauperũ querimonię, ſed veritatẽ ſcire procura. Si quis de te cõqueratur, & ſe aggravatum ſentiat, ſtabis ab ejus potius parte, quam à tua, donec caſus reſolvatur, hoc pacto, conſiliarij tui, & judices juſtiorem ſententiam pronunciabunt. Si te aliquid alienum poſſidere comperies, etiamſi ab majoribus hæreditate acceperis, ſine mora

vero domino reſtitue, ſi veritas in aperto eſt: ſin incerta, arbitros viros ſapientes dabis, qui ſine dilatione dilucident. Illam gloriam maximā æſtimabis, ſi ſubditi tui juſtitiâ, & pace perfruantur, & ante omnes Sacerdotes, & religioſi, ne diſcordia, & pauca juſtitia eos perturbet, & impediat, ne Deũ orare queant, pro te, & tuo regno. Curæ erit, ne quid illis deficiat. Parentibus tuis, & majorib⁹ debes amorem, obedientiam, & reverentiam. Beneficia Eccleſiaſtica non dabis, niſi magis dignis, & qui alia non poſſideant, idque ex prudentum conſilio. Bellum non facies, præcipue in Chriſtianos, abſque magna cauſſa, & conſilio. Et ſi facere cogaris, fiat id ſine Eccleſiarum damno & perſonarum innocentiũ. Media pacis quãtum in te erit procura. Si bellũ ſuſceperis contra aliquem, neque te belli cauſſa tangat, mediatorē te, & arbitrũ inter diſcordantes conſtituet armis decedant. Da operam, ut juſtitiæ miniſtri, Prætores, & Magiſtratus ſint boni, & prudentes, & quo modo ſua officia adminiſtrent ſecreto intellige. Perſeverabis ſemper

in obedientia Eccleſiæ Romanæ, & ſummi Pontificis, quem pro patre tuo ſpirituali habebis. Sumtus tuæ familiæ ſint moderati, & rationi conformes. Admoneo te, fili mi, & ſub juramento committo, ſi Deo viſum fuerit, me hoc morbo ex præſenti evocare vita, & remaneas tu liber, procures, ut toto Regno Miſſæ dicantur, & ſacrificia offerantur pro anima mea. Poſtremo ea omnia, quæ bonus, & pius pater rogare, & commendare poteſt pio, & bono filio, ea tibi commendo, & rogo. Deus te ſervet ab omni malo, & det tibi gratiam bene ſemper agendi, & voluntatem ejus in omnibus complendi, ita ut per te honoretur, & omnes poſſimus eum poſt hanc vitam videre, & laudare in beatitudine ſua per omnia ſecula,

Amen.

VT SE POST EXTREMAM VNctionem Rex melius habuerit, & à ſe negotia, & cetera abdicarit.

CAPVT VI.

POSTERO die quam extremã unctionem accepit, mane, Confeſſariũ ſubito accerſivit, & cum eo verba admodum lætus fecit, dixitque, *numquam ſibi, tota præterita vita, ita conſolatum viſum, quam ab eius Sacramenti ſumtione. Iam ſe eius effectus expertum*. Et cum Petrus de ſancto Ervaſio miniſter, unus de vetuſtiſſimis, eodem die, diceret, ſe audiviſſe, illam extremæ unctionis noctem admodum graviter traduxiſſe, eamque rem ſibi quoque dolere. *Imo*, reſpondit rex, *non fuit niſi multæ requietis*. Quibus verbis oſtendit levamentum, quod ei ſacra unctio cõtulerat. Sed ab eo die omnia negotia, converſationes, & cetera familiaris cõſuetudinis oblectamenta à ſe penitus removit, totumque ſe ad ea convertit, quæ particu-

latina

latim ad animæ ſuæ ſalutem pertinere credebat, aut univerſim ad publicum bonum. Neque interim tamen umquam auditione, aut lectione rerum ſpiritualium per totos duodecim, qui ſecuti ſunt, dies, ſatiari, aut laſſari potuit. Quia vero animadvertebat, Confeſſarium ſuum langueſcere, ſæpius liberorum Confeſſarios advocabat, qui ſuccederent, eumque animarent, & admonerent earum rerum, quas neceſſarias tali tempore judicabant. E quibus nullam omnino neglexit, aut intermiſit, ſed earum omnium Confeſſarium ſuum executorem declaravit, ut ipſe teſtatur.

QVO MODO PRINCEPS, ET INfans à Rege patre commeatum, & benedictionem acceperunt.

CAPVT VII.

FERIA ſextâ, XI. Septembris, Princeps, & ſereniſſima Infans acceſſerunt ad patrem, commeatum, & benedictio-

nem ab eo accepturi. Fuit ea res majoris doloris , quam quiſquam animo concipere queat, ut qui ambos tanto opere adamaſſet, propter multas, & excellentes utriuſque virtutes, raramque, & multis retro ſeculis inauditam obedientiam. Sed quia de Principe, quæ monita, & documenta accepit , poſt ſacram unctionem , ſupra memoravimus, non item quæ ſereniſſima Infans: & ut etiam à patre diſceſſerit , infra ponam ad verbum , quæ Ioanna Iacincurtia camararia major, ad ſupplicationem meam, & inſtantiam, ſcripto reſpondit , quęque ſe ab eadem Sereniſſima audiſſe adfirmat, cum ſuper eadem re ex inſtituto quæſiiſſet. Eorum hæc ſumma fuit.

Cum Sereniſſima Infans cum fratre acceptum benedictionem, & commeatum ad patrem conveniſſet, dixiſſe illi Regem. *Quandoquidem Deo viſum non eſſet, ut videre eam in matrimonio poſſet, priuſquam excederet, ſicut ſemper deſideraverat, rogare ſe eam, ita ſe porrogereret, ſicuti eo uſque feciſſet, daretque operam, ut Fidem, & Religionem Catholicam*

illis in

illis in provinciis augeret, quas illi relinquebat, quandoquidem hæc eius intentio præcipua fuiſſet, cum eas ei adſignaret, ſperans factuRam, quod tanto opere ei commendatum eſſe volebat. Idem conſobrino ſignificaret, & ſuis verbis rogaret, quamprimum eum vidiſſet. Quibus dictis Sereniſſima Infans ejus manum exoſculata benedictionem ab eo accepit, Fueruntque ultima verba, quæ cum ea fecit, digniſſima quæ memoria retineat, uti & cetera omnia.

DE ANIMI TRANQVILLITATE Regis, & nonnullis ſepulturæ paramentis.

CAPVT VIII.

TANTA fuit per hos dies Regis magnanimitas, ut maxima tranquillitate animi, de morte, & ſepultura ſua actitarit, tamquam ſi ad oblectamentum &

Mortificatio exemplaris. lætitiæ diem eſſet diſceſſurus. Itaque menſe, antequam obiret, duos monachos ejuſdem monaſterij miſit, qui capulum patris viſerent, & menſurarent, cognoſcerentque quo modo involutus eſſet, egitque cum Chriſtophoro de Mora de modo quo ſe quoq; involvi volebat, lodice ſcilicet, ſupra ſubuculam; collo vero crucem appenderet, quæ ſupra pectus extaret. Neque ibi ſe cura ejus continuit, *Præventiones ſepulturæ.* ſed ad majorem honeſtatis reſpectum, prohibuit ne detegerent, aut aperirent, aut ut alius præſens adeſſet, qui aliam ſubuculam indueret, & cætera ſepulturæ adcommodaret, præter dictum Chriſtophorum, hocq; obſervari juſſit, cupiens ut maxima honeſtatis ratio ſervaretur etiam in mortuo.

Voluit vero feretro plumbeo inſeri, juſſitq; ut commiſſuras diligentiſſime obſtruerent, ne quis odor emanaret, unde quiſquam offendi poſſet. Inſertum eſt dein id feretrum alteri capulo, qui interius panno albo ſerico, exterius tela aurea nigra obvelatus e-

rat, cum cruce coccinea clavis auratis à ſummo deorſum extenſa, quæ capulum totũ cõprehēdebat. Materia capuli ex angelino. Hoc lignum cum Luſitani ex India vexiſſent, in uſuque navis regiæ diu habuiſſent, denique in portu Olyſſibonenſi ſupra viginti annos pro ſedili pauperibus, & mendicis fuiſſet, rex, ut accepi, ad S. Laurentium tranſportari juſſerat, ex eoque crucifixos duos, quia maximum erat, fieri curarat, quorum alterum in parte ſuperiori altaris S. Laurentii collocaverat, alterum in altari portæ clauſtri viciniori. Quidquid ſuperfuit, in eumdem, qui prius Olyſſibonæ, uſum ceſſerat. Cum igitur Franciſcus de Mora deſignator regiꝰ, unde eumdem capulum conficeret undique perveſtigaret, bona fortuna in hoc idem lignum incidit, illudque opportuniſſimum eo judicavit, quod id jam ante rex elegiſſet ex quo dictos crucifixos pararet, & quod, non ſine aliquo myſterio, nomen quoque angelicum haberet, tantæq; ſit, & incorruptę ſoliditatis ut difficilime ignē recipiat, ſicut idem mihi Franciſcus ſignificavit.

Quatriduo antequam obiret, ſignificavit Ferdinando de Toleto locum, ubi aliquot cereos Deiparæ Montisferrati reperiret, ex iiſq; unum cum apparari ſua in præſentia juſſiſſet, *Hunc* inquit, *cereum, et illum crucifixum mihi ſuo tempore dabis.* Sed quod ad hanc partē pertinet, memorat Ioannes Ruiz de Velaſco, cū ante ſex annos Logronnij rex eſſet, profecturus ad conventus Arragoniæ, qui Tarracone habiti ſunt, juſſiſſe eum ut capſam ex ijs, quas ſecum ferebat, aperiret, oſtendiſſeq; illi parvū Crucifixum, & aliquot cereos Montisferratanæ Deiparæ, dixiſſeq;, *ut recordaretur, ſi quādo peteret, aut opus eſſet: illos cereos, & illū crucifixū in illa capſa eſſe. Fuiſſe Crucifixū patris ſui, quem moriturus devotiſſime manu tenuerit. Idem facere, & obſervare ſibi in animo eſſe.* Quarto vero aut quinto die quam defungeretur demum ei in mandatis dedit, ut dictū Crucifixum, & cereos ex illa ipſa capſa deꝓmeret, haut aliter quam ſi pridie ejus diei dictam p̄ventionē feciſſet, quā fecerat Logronnij ante ſexenniū. Cum vero idem Velaſcus capſam

reſe-

reſeraſſet, animadvertit in ea prope Crucifixũ duas eſſe diſciplinas, dixitq; regi, alteram uſu multum eſſe attritam. Qui reſpondit, *ſe ea nõ eſſe uſum, ſed patrem, cuius fuerãt.* Collocavit igitur Crucifixum Velaſcus ſuper lectum è regione ipſius aſpectus. Iuſſit vero rex, in præſentia Principis, ut, poſt ſuum obitum, Crucifixũ eamdem in capſam idem Velaſcus referret, & ut ibi cuſtodiretur, quo eo quoq; idem Princeps uti poſſet, ſicut ipſe tunc faciebat. Atque ita ſæpius memoratum crucifixum in manu habuit, donec exſpiravit, cum eo tempore petijſſet, quando opus fuit.

Poſtremis diebus ſæpiꝰ rogitabat, *an ſua hora adveniſſet.* dicebatq; *Eia monete me quando advenerit, volo enim cum Deo meo loqui.*

EXCESSVS REGIS ET IN EO notabilia.

Capvt IX.

COMMISERAT rex Ferdinãdo de Toleto ut ſupra diximus, ut ſibi ad punctum mortis, unum è ſæpiꝰ dictis cereis Deiparę Montisferrati, q juſſu ſuo pparatꝰ

erat

erat, in manũ daret. Cumq; Ferdinãdus obtuliſſet hora duodecima noctis, reſpondit rex *Nondum tempus eſt*. Cum rurſus hora tertia matutina porrigeret, ſublatos rex oculos in eum lætus convertit, ſumtoq; ab eo cereo, arridens, *Imo vero cedo*, inquit, *Iam enim tempus eſt*.

Prudentiæ regis, & æqualitatis, ſimulac cũ divina voluntate conformitatis clarum, & conſiderabile (ut teſtificatur Ioannes Gomez de Sanabria) hoc argumentum, quod duab⁹, quam excederet horis, riſerit, & lætitiam præ ſe tulerit, qua animo fruebatur (magno & ſingulari bonæ conſcientiæ teſtimonio) res profecto neq; viſa, neq; lectione cognita, quam quiſquam fecerit tam vicin⁹ morti, quæ adeo excellens, & pia fuit, ut ea ſola ſufficiat, ut ej⁹ ſalvationem pro certa habeamus. Etenim cũ Camaræ Medici Chriſtophoro de Mora dixiſſent, magna celeritate mori regẽ, & ut ei clare id ſignificaret, quo ſe ad eum trãſitum compararet, Audivit id rex ſumma patientia, & conformitate, ſubitoq; vocari juſſit ſuum cõfeſſa-

Denuncia tio mortis.

Aequanimitas in ea recipienda

feſſarium, Archiepiſcopum Toletanum, Cõfeſſarios Principis, & Sereniſſimæ Infantis, ac S. Laurentij Priorem. Incepit tum dictus Archiepiſcopus orationem luculentam, multaque excellentis doctrinæ, & pietatis, ac præcipue tali tempore opportuna memoravit. Poſtremo intulit, *Convenire eum qui ſemper tã fortiter Fidem Catholicam & Romanam Eccleſiam, ſummũq; Pontificem defendiſſet, tamquam Eccleſiæ filiũ tam obedientem, hoc quoq; in tranſitu, eãdem Fidem, & obedientiam Eccleſiæ, & ſummi Pontificis palam profiteri.* Reſponditq; rex, ita ut omnes qui aderant, audiverint, *Ita Cõfiteor, ac Proteſtor.* Et ſemper deinceps quotieſcumq; eum his, & de aliis alloquerentur, tanta devotione reſponſa dabat, ut omnes admirarentur, cunctiq; Deum collaudarent, qui talem mortẽ regi impertiretur.

Oratio arc. Toletani.

Oratione ea finita, juſſit rex ut Paſſionem Chriſti ab beato Ioanne ſcriptam idẽ Archiepiſcopus legeret, quod etjam fecit, locaq; nõnulla devota explicuit, ex quibus ſingularem ſe devotionem accipere rex demonſtrabat.

Lectio paſſionis Domini ſecundũ Ioannem.

Poſtea circiter primam horam noctis acceſſit Confeſſarius Principis, qui cæpta eodem modo continuavit, audivitq; omnia magna attētione rex, & abſq; defatigatione, quin, quādiu loquella perduravit, urgebat etiam & impellebat his verbis, *Patres plura dicite*. Itaq; Prior conventus, genibus flexis, tandē ei cōmendationem animę, è manuali Romano recitavit, quæ magnæ eſt devotionis, & cōſiderationis, quamq; eadem æqualitate, & compoſitione animi audivit. Tenebat interea altera manu unum è prędictis cereum, auxiliāte Heinrico Guzmanno, altera crucifixum opitulante quoq; Ferdinando de Toleto, & reliquias S. Albani, quas ſuſtentabat Franciſcus de Ribera, dabatq; maxima ſigna ardentis deſiderii moriendi, crucifixi pedes modo oſculabatur, modo frōti imponebat, magna cū ędificatione, & teneritudine animi circūſtātiū

Cōmendatio animæ.

Moriendi deſiderū.

Poſtrema verba.

Vltima quæ protulit verba fuerunt, *Mori ſe Catholicum, & in Fide, & Obediētia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.* Hiſq; pietatis, & devotionis argumentis totam noctem perſeveravit, abſ-

que

que ulla quiete. Cum enim dixiſſet Ioannes Gomez de Sanabria (qui etiam totam illam eamdem noctem adſtitit) paullulū conquieſceret, quo fortius deinceps progrederetur, reſpondit, *Tempus non eſſe*. Ita paullatim defecit, nullo pene cum motu, unoq;, & altero halitu, inſtar infantis, Deo animam reddidit Dominico die XIII. Septembris huj⁹ anni 1598. hora quinta matutina, deficiente nocte, & ingrediente cum ſolis ortu luce. *Tempus obitus.*

Dignum conſideratione, & fauſtum prognoſticon, quod, tali tempore, regnum ſit auſpicatus rex qui modo regnat. Indicium enim eximium felicium, & proſperorum ſucceſſuum, qui de eius regno, & Monarchia ſperantur. Quod prudenter advertit aulicus quidam, ſequenti Epigrammate. ★ *Felix auſpicium regnandi.*

Deſervit terras jam, ſole oriente, PHILIPPVS,
 Vt nova ditaret ſecula, ſole novo.
Chara Deo ſoboles, felicia regna PHILIPPIS
 Aucta novis, ſemper neſcia noctis erunt.
Ardet, & illuſtrat prima ſol lampade, qualis,
 Quantaq; ſub terris, nocte ſilente fuit.

Ignea ſic mundo capientis ſceptra PHILIPPI,
Semina fulſerunt, quæ latuere prius.
Vivida ſi virtus ſic ſplendet ſolis in ortu,
Quis poterit medio lumina ferre die?

Quæ res magis indies pateſcit multis prudẽtis, & bene inſtitutæ gubernationis argumẽtis, rebuſq; magnanimo, & ſapientiſſimo Principe dignis, quæ quia huius non ſunt loci, ad illos remitto, quorum eæ ſunt officij, qui ſecundum hæc magna, & eximia principia, in quo occupẽtur, confido, reperient.

Argumenta eius ſalvationis. Pax, & tranquillitas, quib⁹ hac ex vita rex demigravit, vultuſq; ſerenitas, ſup cetera, quę hucuſq; memoravimus, certam nobis ſpem faciunt, ipſum, ex eo, in quo obiit, lecto, ut refert Ioannes Gomez de Sanabria, recte in cœlum adſumtum, poſſumuſq; eum nos tali vita, & tali morte perfunctum inter beatos adnumerare. Tanta enim moriendi ſcientia, ac certitudine præſtitit, tamquam ſi alia vice mortẽ obiſſet. Et in ea re hautquaquam probabile eſt errare potuiſſe, in qua ſe tãdiu exercuerat, & in qua tantum ad comparandam

cœle-

cæleſtem, quam appetebat, gloriam, momentum verti ſciebat. Id ipſum conſiderat etiam attentè S. Laurentij Prior. Credendum eſt, inquit, Dei in cœlo aſpectu frui eum Regem, qui tantus zelotes Fidei exſtitit, tam amicus juſtitiæ, quam numquam cum quoquam rupit, teſte ejus Confeſſario, niſi deceptus, aut per ignorantiam, tam rectæ, & ſanctæ intentionis, tantus cultor relligioſorum, tam modeſtus, exemplaris, & providus ſuis omnibus in actionibus, tamque circumſpectus, ne quiſquam ſua in præſentia de altero detraheret: tam patiens, & æquanimis, tam devotus, & aſſiduus in divino cultu, & præcipue ſanctiſſimi Sacramenti, quique tanta liberalitate, in rebus ad Dei ſervitium pertinentibus ſua expenderit, tantaque cura ſacras Sanctorum relliquias exornarit, & veneratus ſit, quique poſtremo tantum Sanctuarium perfecerit, quale eſt S. Laurentij regalis. Ad horum fidem maiorem, & confirmationẽ adjiciam verba, quæ, auditâ Regis morte, fecit in Conſiſtorio Clemens VIII. Pont. Max. ad hoc maxime ꝓ-

Vita, & geſtorum ſumma.

pontum pertinentia. Fuerunt vero in hunc modum.

VERBA CLEMENTIS *VII.* PONT. Max. in Conſiſtorio XI. Octobris 1598. in laudem Philippi *II.* defuncti.

Capvt X

Dolor omnibus communis ex morte Regis.

CLEMENS Pont. nono Octobris conſiſtorium celebravit, in quo, cognito Regis obitu, orationē habuit gravem & elegātem. *Si aliquod*, inquit, *temp⁹ extitit, quo ſedes Apoſtolica dolēdi occaſionē habuerit; eam modo offerri, ob mortē Regis Hiſpaniarū, quam in ſuo monaſterio S. Laurentij Eſcuriali obiuit XIII. Septēbris, relinquens omnib⁹ quidem iuſtā dolendi cauſſam, ex tanto damno, ſed præcipue ſuæ Sanctitati, propter amorem, quo eum complectebatur, & æſtimationem, quam de eo merito faciebat, conſiderata eius devotione, & obedientia, quam ipſi ſemper præbuerat.*

Laudis eius egregia collectio et repetitio.

Inde ſe latius Pōtifex diffudit, retulitq; ſingulatim, & demonſtravit magnas, & eximias virtutes doteſq; Regis, dixitque. Nullū fuiſſe regem prudentiorem, ac ſapientiorē, neq; ju-

ſtitiæ

ſtitię amantiorem, & obſervantiorem in cujuſcumque generis perſonas, etiam adinodũ tenues, atq; miſerabiles: Nullũ patiẽtiorem, & in reb⁹ adverſis conſtantiorem, cujus rei teſtimonio eſſent, tot conjugum, & liberorũ mortes. Neq; q rurſus ex proſperitate, & felicitate majores fructus colligere, & conficere noſſet. Nullum, quẽ ſubditi tanto opere amarint, ac coluerint: & è cõtrario magis hoſtes ꝑtimuerint. Neq; qui melius, ac æquabili⁹ pręmia, & beneficia, q̄ à Deo acceperat collocare, ac diſtribuere ſciret. Quod in proviſionib⁹, & præſentationib⁹ Eccleſiarum, & Epiſcopatuũ apparuit. Qua in re cum ꝑpenderet, quãtum intereſſet Eccleſiæ, ut digni maxime ꝓmoverẽtur, nõ niſi tales ſemper nominavit, nullo alio reſpectu, q̃ meritorum, & earum, quas obtinebãt, virtutum. Poſtremo, quod eſt potiſſimum non alium fuiſſe Regem tam Chriſtianum, & tam Catholicum. Opera enim, & verba maxime cõveniſſe nomini, quod illi erat, & tã juſtis, & multis de cauſſis debebatur. Et de poſteriori quidem totam Chriſtianitatem eſſe teſtem.

Quando-

Conſeruandæ, & reſtituendæ religionis Catholicæ ſtudiũ

Quandoquidem ad conſervandam S. Fidem Catholicam, & erga ſedem Apoſtolicam obedientiã nõ modo in Hiſpania, (in qua ad omnes motus omiſſis ceteris occupationib⁹, etiã maximi momenti, Rex occurrebat, & in perſona interveniebat, caſtigans delinquentes, ita ut illud regnum purum manſerit, & incorruptum in Fide, & pietate, ut omnibus notum eſſet) ſed cæteris quoque omnibus ſuis in regnis, & provinciis numquam voluit permittere conſcientiæ libertatem. Et quia cupiebat reducere ad eamdem Fidem Catholicam, & ſedis Apoſtolicę obedientiam etiam aliorum ſubditos oppignoravit totum ſuum regium patrimonium, conſumſitq; in hac re ingentes illos theſauros, quos illi ex India advehebant, & tantas collectiones, & donationes, quas tot annis, quib⁹ regnavit, ex Caſtilliæ regnis acceperat. Ita ut recte dici poſſit, totam ejus Regis vitã fuiſſe continuam contra hoſtes Fidei pugnam. Addidit deinde, quantum ad Relligionem, & ſanctum zelum Regis (exceptis iis, qui Beatorũ numero adſcripti

Impendiũ in ea re factum.

cœle-

cœleſti gaudent beatitudine) neminem poſſe cum eo comparari. Denique poſt tot, & tam gravia ex ejus morte accepta damna , & incommoda, duabus de rebus ſe tamen referre cõſolationem, quarum altera éſſet, magna pietas, & eximia conformitas ejus cum voluntate divina, cum quibus eum mortuum ſcriberent. Vnde certam ſpem haberet, in cœlo eum verſari, & mercede æterna frui, quam ſerviendo in terris Deo promeritus eſſet. Altera quod reliquerit filium, & hæredem, tam ei ſimilem factis, quam nomine, de quo maximam fiduciam haberet, conſervaturum eum vivam patris ſanctam, & bonam memoriam, ita ut non ſucceſſio videri poſſit, ſed reſurrectio. Et jam utrumque, & patrem, & filium ſuis in orationibus, & ſacrificiis Deo impenſius commendaviſſe. Vtque idem pariter faciant omnibus injungere. Satisfacturos eo modo obligationibus, quibus tenerentur alteri propter opera præterita: alteri ob illa, quę ſe facturum offerebat epiſtolâ propria manu ſcriptâ, brevi illâ quidem, ſed admodũ bonâ.

Neminem, exceptis Sanctis, poſſe cum eo conferri

Filij cum patre factorum & nominis ſimilitudo.

Quibus dictis Camararium ſuum majorem vocari & voce alta prælegere eamdem Epiſtolam juſſit.

Exemplum Epiſtolæ Philippi III. Hiſpaniarum, & Indiarum Regis, ad Clementem VIII. Pont. Maximum.

Sanctiſſime Pater. Placuit Deo, vocare ad ſe Regem dominum meum. Confido Divinæ miſerationi, magnos cum progreſſus feciſſe, p ut ejus vita fuit, & mors. Ego, tali patre amiſſo cum nullum, iis omnibus in rebus, quas mihi reliquit, ſolatium reperiam, ad Tuam Sanctit. recurro, ut me in filium ſuum obedientem, & illius ſanctæ ſedis recipiat. Supplicoq; jam T. Sanctitati, donec ea perſona adveniat, q̄ hoc eſt officium factura, ut mihi Tua S. à Deo impetret lumen, quo regere queam, cum eo Religionis, & juſtitiæ zelo, quem hæreditate accepiſſe à patre meo glorioſæ memoriæ deſidero. Deus conſervet T.S. bono ſuæ Eccleſię, ſicut deſidero. Ex. S. Laurentio XIII. Sept. 1598.

Humilim⁹ Servus Tuæ Sanctitatis
Rex.

Pelle-

Pellectá Epiſtolâ, adjunxit Pontifex ad conſtituendum diem exſequiarũ Regis, & ea, quæ ad recipiendam Sereniſſimam Reginam pertinere viderentur, nominare ſe tres Ordinum Cardinales, & illos, qui ſunt ex congregatione Cerimoniarũ, & duos nepotes. His finem Conſiſtorio impoſuit.

DE FELICI MORTE REGVM CAtholicorum Hiſpaniæ, propter eorũ magnam Fidem, & Relligionem, præcipue Philippi II. &, vice verſa, de infelici, & miſero exitu impiorum & hæreticorum.

CAPVT XI.

MAGNÆ res eſt admirationis, ſi conconſideremus ſanctos, & felices obitus, quos conceſſit Deus Hiſpaniarum Regibus, à S. Pelagio, ad hæc uſque tempora, propter inſignem eorum iuſtitiam, & prudentiam in regendis, & adminiſtrandis ſuis regnis, atque præcipuum Dei cultum, & relligionem,

quibus rebus ſemper maxime antecelluerunt. Cum è contrario pauci hæretici, & tyranni ſua defuncti ſint morte.

Lib. 20. ſig 89.b.8.

Illeſcas l.5. p.1.hiſt. Pontif.

Numerus, & ſucceſſio, & obitus regum Caſtilliæ.

Thomas Bozius, Scriptor gravis, natione Italus, patria Eugubinus, ſcribit Regum Caſtilliæ Indicem, & Genealogiam, numeratque Reges duos, & quinquaginta, & adfirmat, nullum ex iis bello interfectum, cum pugnis tamen innumeris manus cum hoſtibus conſeruerint; ſed pene omnes morte naturali deceſſiſſe, cum peccatorum ſuorum multa prius contritione, & pietatis notabilibus exemplis, ut ſequentia amplius demonſtrabunt.

S. PELAGIVS, poſt multas & cruentas pugnas depugnatas, victor obiit, magna Chriſtianitatis ædificatione, ut memoriæ tradidit Iulianus Diaconus, natione Græcus, qui ea tanto melius perſpecta habuit, quod æqualis fuit, & ea tēpeſtate Toleti egit. Favila venādi vitio etiā inter bella plus æquo addictus, ab urſo eſt interfectus. Alfonſus magnus Maurorū perſecutor, quos etiam magna Hiſpaniæ parte expulit, & profligavit, tāta vitæ ſanctitate eſt defun-

defunctus, ut, teſte Doctiſs. Ioanne Mariana S. Ie. auditæ ſint de cælo voces, quæ dicerent, Moritur juſtus, moritur juſtus nemine conſiderante, ablatus eſt à facie iniquitatis, & erit in pace memoria ejus, *id eſt in Eccleſia, ut in Pſalmo.* Factus eſt in pace locus ejus, *quamvis Vaſæus diligentiſs. ſcriptor regum Hiſpanicarum, auditas eas referat voces in morte Ferdinandi III. quod etiam Bozius adfirmat.*

Regnavit poſtea Froilas cui ſucceſsit, frater Aurelius, & deinde Silo, & Mauregatus Bermuduſque, inde Alfonſus II. cognomine Caſtus, eo quod in matrimonio perpetuam cum regina coniuge caſtitatem conſervavit. Volaterranus adfirmat vixiſſe virgines. Eidem, cum fabricam illius templi famoſi Oviedi (de quo ſupra diximus) abſolviſſet attulerunt duo Angeli crucem auream admirabilis artificij, quæ in eadẽ eſt Eccleſia, regnavit annos quinquaginta duos, obiitque, ſi cui vixerat.

Vita & mors Alfonſi. Lib. 2. Geog

Crux de cælo ei adlata.

Succeſsit Ramirus, mox Ordonnus, & inde Alfonſus III. cognomento Magnus, propter magnas victorias, relligionem magnam, & pie-

tatem. Exceſſit Zamoræ cum in Galitiam pro ficiſceretur viſitatum D. Iacobi templum, & ſepulcrum.

Succeſſit filius Garcias, poſtea Ordonnus II hinc Froila II. & Alſonſus IV. qui omnes felici morte perfuncti.

